



Dr. J. J. J.

(The first one is the same as the second)

Dr. J. J. J.


Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

Small Volume
8.5
Box 25 117






HERMES



HIPPOCRATES



DILIGENTIA

D. O. M. A.
HADRIANVS MANSCHT
atq; GERALDVS. Mondov
C. P. Ph. D. M. B. P. L. Cas. D. Div.
Nellu. S. R. Imp. Pr. Conf. D. Arch. sup. hu.
Abt. in THESAURUS d. scripti
TRAMMENTARIUM
Medico-Chymicum
Cui in fine adjunctum est
Johannes H. D. in Ashmole
TESTAMENTUM HADRI-
Doct. ANEUM. 1639.
Turco Philosophorum Lapide
Cum tribus Indicibus.
Cum PRIVILEGIIS:
Casared et Electorali Saxonico;
LUBECA
Sumptibus Henrici Schenwбели



EXPERIENTIA







Est hic Mynsichtus, qui nunquam cernitur ulli,
 Cernit eum nisi ovans in Chymicâ arte chorus.
 Vivida mens illi est, hilaris frons, osq; disertum,
 Cor animans, plenum melle poetifico.
 Illius in scriptis sunt naturæ abdita mira,
 Miraculum mundi, dum sibi vixit, erat.
 Jonas. Angelus. P. L. Cæs. F.

D. O. M. A.

HADRIANI à MYNSICHT

aliàs

Tribudenij, Germani,

COMITIS PALATINI, PHIL. ET

U. MED. DOCT. P. L. CÆS.

ET

Diversorum S. R. Imp. Principum Consil. & Archiatri,

THESAURUS

ET

ARMAMENTA-
RIUM MEDICO-CHY-
MICUM.

Hoc est

*Selectissimorum, contra quosvis morbos, pharmacorum
conficiendorum secretissima ratio.*

Propriâ laborum experientiâ, multiplici & felicissimâ pra-
xi confirmata, & nunc unâ cum remediorum virtute, Usu,
& Doli, doctrinâ, & sapientiâ filijs fideliter reve-
lata & communicata.

CUI IN FINE ADJUNCTUM EST

TESTAMENTUM HADRIANEUM

DE

AUREO PHILOSOPHORUM ET A-

PIDÆ.

CUM PRIVILEGIO


S. Cæs. Majest. & Sereniss. Electoris Saxonie.

LUBECÆ

Sumptibus HENRICI SCHERNVVEBELII

Et Typis

VALENTINI SCHMALHERTZII, Anno 1638.



A. M. O. M.

HATFIELD & DUNSTON

ESTABLISHED 1840

THE GREAT EASTERN BUILDING

CHURCH OF THE HOLY TRINITY

1840

ARMY MEDICAL

A. M. O. M.

THE GREAT EASTERN BUILDING

CHURCH OF THE HOLY TRINITY

ESTABLISHED 1840

THE GREAT EASTERN BUILDING

CHURCH OF THE HOLY TRINITY

ESTABLISHED 1840

THE GREAT EASTERN BUILDING

CHURCH OF THE HOLY TRINITY

ESTABLISHED 1840

THE GREAT EASTERN BUILDING

CHURCH OF THE HOLY TRINITY

ESTABLISHED 1840



ILLUSTRISSIMO, REVERENDISSI-
MO, AC CELESTISSIMO PRINCIPI
ET DOMINO

DN. ADOLPHO-
FRIDERICO,

Duci Megapolitano, Principi vetustæ gentis Henetæ,
Administratori Episcopatus, & Comiti Swerinensi, &c.

Domino Rostochij & Stargardiæ, &c.

Domino meo Clementissimo.

Salutem & felicitatem perpetuam.

P.

THesauros qui colligunt, nervos illos re-
rum gerendarum, Princeps Illustrissime,
Dn. Clementissime, sibi illi suisque, cu-
juscunq; etiam ordinis sint & status, si non
unicè solis, præcipuè tamen & præ alijs,
consultum cupiunt prospectumque: Sed nec raro fal-
luntur, & quod maximè intendunt, nec semper, nec
ad votum, imò vel minimè omnium (ut sunt humana!)
assequuntur. Exemplorum si plena fuit unquam ullis
sæculis, hoc certè nostro plenissima est magna illa Ta-
bula, quam in publico hoc mundi theatro publicè su-

DEDICATIO.

spendit, spectandamque oculis offert Experientia. Quid enim nunc, ubi tot ab annis, tot per regna, regiones, urbes, agros, terrâ marique Mars grassatur, fulminat, tumultuatur, quid hêc crebrius, quid consuetum magis, familiare & quotidianum illis, qui Martis illa castra sequuntur, quam parta aliorum bona, opes, thesauros, gazas, alijs usibus collectas, alijs possessoribus destinatas, invadere, diripere, distrahere, dilapidare? ut alia taceam syllecta fortunarum, à Marte quidem & Martialibus intacta, sed tamen vix ipsorum Usui colligentium inservientia, nedum ad hæredem transcendentia. Ut plurimum enim tam hæc, quam illa modis corraduntur injustis, detinentur iniquis, nec in usum, res, personas, loca, quo debebant & quando, erogantur. Quæ causæ etiam sunt, ut fortis arbitrio permixta, modò huc, modò illuc, mutatis subinde Dominis, transferantur, nomen inde jam pilæ, jam ludibriorum fortunæ à Philosophis sortita. Et tales serè sunt, quæ sic colliguntur, possidentur, usurpantur, transferuntur opes & fortunæ, Thesaurique nomine commendantur. Meum hunc quod attinet, quem ante annos aliquot juris publici factum, nunc, ut usibus illis publicis bono sit uberiori, sub revisionis Cameram revocatum, multisque rerum Medico-Chymicarum divitijs nobilissimis locupletatum, redire in lucem, & ad usum illum communem jubeo, diversa ejus est (& si qui sunt vel

velerunt similes) ab alijs Thesauri nomen præferenti-
 bus, ratio. Diversa est, inquam, non tantum quo ad
 meam tam colligentis, possidentis, utentis, quã com-
 municantis intentionem; sed etiam quoad ipsam ipsi-
 us Thesauri collecti, possessi, in usu positi, & ad usum
 communicati conditionem. Quæ sanè ratio uti certi-
 or est & constantior illâ aliorum (esse autem probati-
 tur) sic & præstantior & nobilior. Probo. Bona for-
 tunæ respiciunt tantum si non omnes, plerique tamen,
 qui opibus intenti congerendis, cumulandis; Ego dum
 meis illis pharmacorum selectissimorum inventis tum
 formandis, tum in unum colligendis occupor, non
 tam fortunæ, quam corporis & Animi bona, externâ
 videlicet & internam hominis sanitatem conservan-
 dam, finem habeo propositum. Illi ab alijs plerumq;
 & per alios, sæpè etiam de alienis vel vi, vel fraude &
 imposturis; à se verò & per se, deq; proprijs justè & in-
 nocenter vel nunquam, vel rarissimè thesaurizant;
 Unde congestus illorum auri & argenti, rerumq; alia-
 rum vel opinione pretiosarum Thesaurus (sic cum Theo-
 logis Theologicè, imò cum ipso Theologorum sum-
 mo Principe & Præsidente, rerum quippè omniū ut pan-
 tagnothe sic onomathete illo infallibili Christo Salva-
 tore nostro Christianè loquamur) Mammon injustus
 vel injustitiæ appellandus; Ego MEA tantum, hoc est,
 illa, quæ per Dei gratiam, è visceribus naturæ intimis

DEDICATIO.

ingenio invenire, arte formare & disponere, usu denique & propriâ laborum experienciâ feliciter comprobare data, sine ullâ ullius hominis læsione, damno ac defraudatione, facio Thesaurum. Illi porrò sibi suisq; ferè, rarissimè alijs (de intentione loquor) colligunt: Ego non Mihi magis & Meis, quam alijs. Illi suis, quas collectas possident, dum uti-fruiq; opibus volunt ipsi & quatenus, Usum-fructum earundem alijs non destinant, multò minus, nisi coacti, cedunt: Ego Meis tam usu-fructu, quam possessione Meâ integris hisce Thesauralibus, si quis uti volet fruiq; vel totis, vel ex parte nemini interdico. Illi denique si quid de congesto illo suo alijs communicant, certis illud personis, certum ad locum, certo etiam tempore communicatum plærumque volunt; Ego MEA hæc, dum bono consecro communi, seposito personarum, locorum, temporum respectu, omnibus usu eorundem fructuque indigentibus propino lubens ac communico omnia. Ut hinc sanè liberalitatis cujusdam singularis vel munificentiae nomen potius; si non (quod quidam putant, ob revelatam præsertim illam dosecos vossræ rationem) nimiae profusionis seu prodigalitatis; quam invidentiæ culpam mereri videar. Quæ proinde mea Thesaurizantis intentio ut longè diversa est ab illâ aliorum, sic & Thesauri ipsius, quem publicum denuò nunc facio, dispar conditio. Illi nempe aliorum Thesauri dum colligun-

DEDICATIO.

liguntur, possidentur, ad usum reponuntur, variae subinde fortunæ, varijs vicibus subjacent, rapinis, furibus, incendijs, tempestatibus, ærugini, tincis, & quibus non casibus? Quo nomine curas eorum & sollicitudines dissuadet potius, quam suadet os sanctissimum veritatis. Meo huic nihil eorum vel damno est vel formidini; quippe qui non ex Fortunæ, sed Animi bonis mihi natus & renatus, cum Animo existit, etiam consistit & persistit, nec illos fortunæ casus, nisi in externis sui involucris & tegumentis nonnunquam, chartâ scripturâque, subit & subire potest. Quid? quod illi ipsi fortunæ casus si quid hîc agunt, ansam subinde & occasionem eo ipso præbent, non revidendi solùm, sed & augendi denuò splendidiusq; producendi Thesauri. Unde & conditio ejus altera prominet & præeminet, illa nimium, quâ non, ut alij isti, si communes fiant, vel vi rapti, vel spontè distributi, dilabuntur protinus, evanescent ac consumuntur, adeò quidem, ut pro Cræso, qui possedit, opulentissimo, sæpè lrum post se pauperimum relinquant & omnium misetrimum, illum præsertim, qui summò in divitijs collocato bono, privatus illis, spem simul omnem & fiduciam cum suo illo, quo fretus unicè, Nummo-Numine, amittit; non sic Noster ille non; sed sibi constans semper, domi forisque integer, tam alijs, quam Mihi & Meis est & manet Thesaurus, & talis quidem, qui quò sæpius emittatur in vulgus,

gus, quò plus distrahatur, eò magis renascatur mihi, crescat & augeat; tantùm abest, ut vel minimum capiat detrimentum alijs communicatus.

Quem proinde Thesauri titulum, ut à rerum ille pretiosissimarum, quas continet, divitijs, sanitati hominis conservandæ omnium maximè conducentibus, adeoque ceteras illas, quæ à bonis fortunæ colliguntur, eâ præstantiâ, quâ corpus animusq; fortunas, exsuperantibus, dignissimè meretur, sic & à viribus illis confectorum exinde pharmacorum admirabilibus, morbos omninò omnes, etiam desperatissimè malos, armorum instar validissimorum penetrantibus, propulsantibus, tollentibus, alterum illud, quod addidi, Armamentarij nomen, vindicare sibi jure actueri posse videtur. Sed quid videri dico id, quod probat jampridem & asserit Experientia, quod præter alios in Urbibus, in Oppidis, in Agris innumerabiles, tum è Nobilium, Baronum, Comitum numero non pauci, tum è Principum familijs etiam illi contestantur, qui à morbis infestati quidem acerrimis, contumacissimis, periculosissimis, hâc tamen nostrâ ex Panopliâ tam Phylacterijs, quam Amynterijs instructissimâ, communiti, Deo aspirante, vim hostis omnem fidelissimè contuderunt. Hunc igitur Thesaurum, Medico-Chymicum, primitus sub Illustrissimorum Inferioris Saxonæ Ducum auspicijs publicatum; nunc verò compositio-

num.

DEDICATIO.

num quam plurimarum, contra morbos etiam desperatissimos, armorum instar Vulcaniorum, prævalentium, novâ Panopliâ ditatum, adeoque novo etiam Armamentarij Medico-Chymici nomine in lucem denuò & meritò jure prodeuntem, cum novo subjici Patrono, pro more, fas sit, eccui potius omnium, quam Tuo submittam, Princeps Illustrissime, Patrocinio? Me ipsum & Meos subdidi hætenus & concredidi, Tutelam, Gratiam, Benignitatem & Munificentiam sensi ubertim & persensi, cur non & Mea hæc, quæ non cum cæteris tantum, sed præ cæteris etiam Meis, potissimum Mea, Tuæ committam Celsitudini? Quæ licet talia sint, ut varijs illis casibus, ad instar aliorum fortunæ bonorum, non æquè sint exposita; livor tamen & dens ille Theoninus, qui nil-non arrodere tentat, nō hominum tantum, sed & divûm opera, ut ab ausibus istis, luxuriante temeritate & petulantia sibi hîc temperet, illa Tuæ Celsitudinis autoritate patrocinate, si non permoveri se, moveri tamen, spero, patietur.

Accipe igitur, Princeps Celsissime, Dn. Clementissime, consecratum Nomini tuo Illustrissimo, Armamentarium hoc, tot jampridem hostes sanitatis suppressens, tot trophæis, tot triumphis nobile; sed (quod oro submissè!) fronte accipe serenâ, illudq; in locum, quem grati pro beneficijs animi nuncius solet invenire, facilis admitte.

DEDICATIO.

Quod dum eâ, quâ par est, animi submissione rogo, Deum insimul omnipotentem, ut Celsitudinem Tuam unâ cum conjuge & Liberis Illustrissimis, adeoque Domum Megapolitanam cum Patriâ universam quàm diutissimè salvam & florentem, pace tandem aureâ nos revisente, tueatur, animitus precor! Dab. in Aulâ Megapolitanâ Sverinensî, Kalend. Januar. Anno salutiferi partus 1638. cujus ingressum, progressum, egressum Celsit. T. auspiciatissimum, fortunatissimumque animitus voveo.

Illust. Celsit. T.

Devotissimus

HADRIANUS à MYNSICHT

Comes Palat. Med. U. Doct. P. L.

Cæs. Consil. & Archiater

Megapolitanus,

PRÆ-

PRÆFATIO

Ad

Lectorem candidum & benevolum.

ANte annos aliquot, Lector, quum Thesaurum meum Medico-Chymicum primitus publicarem, de causis nonnihil, publicationem suadentibus, sum præfatus. Cum enim viri boni sit, qui commune bonum, (quo numerosi quem alium, certe Medicum solertem & in rerum experientiâ versantem non inveniri solum, sed excellere etiam fas est) sua non defodere & occultare talenta; & meum esse arbitror, illa, quæ per Dei gratiam, mediante ingenij sagacitate, arte, labore & usu continuo indagare datum & invenire Arcana, tuis, candide Lector, usibus bonoq; publico revelare. Quæ sane quo jampridem candore, dexteritate, adeoq; simplicitate ingenuâ professus sum & aperui lubens, quippe qui per naturam odi fucatum omne & simulatum, eodem nunc animo, eâdem ingenuitate, sed æquiora, sed correctiora, usibusq; tuis aptiora, Imò (quod monendum hic præcipue) novarum compositionum quam plurimarum, earundemq; armorum instar Vulcani, validissimarum, respectu, novum etiam Armamentarium Medico-Chymicum constituentia repono. Quæ qualia sint per se, quo ad res sive materias ipsas medicinales, jam indicatum quodammodo fuit in edito illo antebac

PRÆFATIO.

Thesauro meo, nempe non talia, quæ nemo Medicorum tractârît hactenus, quæ nec Hippocrates, Galenus, Avicenna, aliqꝫ veteres suis sæculis, nec proximè superiori magnus ille & verè celsus Paracelsus, aliqꝫ tam hujus, quàm illorum Sectatores, Viri præstantissimi, indagârînt, noverînt, descripserînt; non sanè non; sed talia, quæ ad nostra hæc tempora, nostra loca, nostros etiam homines accommodata, non rebus quidem & materiis ipsis, uti dictum, sed rerum præparatione, usu & applicatione, siue, ut brevius dicam, ratione methodicâ Nova sint; & ita Nova, ut hanc ipsorum novitatem novitas morborum etiam, hæc mundi senectû frigidissimâ, & novo quasi sæculo pullulantium subinde & invalescentium, qui veteribus illis plane fuerunt incogniti, non tam suadere, quam flagitare & imperare videatur. Quod si igitur priscis illis, imò omnibus omnium temporum Medicis laudi dandum potius, quam vitio, quod suum quisqꝫ cælum, suos potissimè homines, Græcos, Arabes, Hispanos, Italos, Gallos, aliosqꝫ aliꝫ, suis in compositionibus & ratione medicâ de-et præscribendâ respexerunt, quis vitio mihi vertat, aut sinistrè accipiat, quod nostris etiam nostri cœli hominibus, & locis hisce borealibus, Saxonie præsertim inferioris, & Baltici Maris accolis, me accommodem, quæqꝫ rerum usu quotidiano, labore indefesso, sumptibus ingentibus, præxi deniqꝫ felicissimâ, talia inveni, quæ egrotantibus maxime

*ximè tuta, salutaria, acceptu grata, & ad citò conva-
lescendum summè conducibilia, præscribam & propi-
nem? Hinc relictus illis (tormentis potius, quam medica-
mentis) quæ nauseabunda, horrenda & abominabilia,
nec sumuntur facîle nec continentur, imò quibus miserè
homines excarnificantur, violenter omnia turbantur,
ventriculus periculosè evertitur, calor natus sæpè
mortificatur, plerumq; etiam animi vires defectione sol-
vuntur, roburq; earundem prosternitur; horù ego loco
talìa substitui remedia; quæ tam odore & sapore, quam
dosi exiguâ singularem gratiam, suavitatem & jocun-
ditatem præferunt, ideòq; cum delectabilia, grata & a-
mica sint, aspectuq; pulchra, ab ægrotis libentissimè ac-
cipiuntur & avidissimè repetuntur; nec sine singulari
effectû & fructû; cum videlicet balsamû vitale resusci-
tent, augeant, foveant, dilatent, conservent, adeòq; vitâ
ipsam, quantum per artem licet, in statu naturæ optimo,
ad fatalem usq; terminum tueantur.*

*Et hinc sanè persuasissimum mihi habeo, nibile esse
omniò, quo medicus ægris gravior, & decumbentes
ægri Medico obsequentiores reddantur, quàm medica-
mentorum suavitatem, jocunditatem, parvâq; doseos quan-
titate. Nec dubito, quin mecum sententiæ sint ejusdem
omnes Medici veri & sinceri, qui judicio pollent, & in
praxi versantur, quibus proinde, junioribus præsertim
& novellis Practicis, meos hosce labores & experimen-*

P R Æ F A T I O .


ta, ad actum prœcticum seu curativum maximè necessaria, tutissima, probatissima, ipsis & ipsorum studiis promovendis ingenuè hætenus communicata, haut ingrata fuisse aut inaccepta, non confido tantùm, sed planissimè scio. Unde etiã permotus sum ad novæ hujus Thesauri & Armamentarii novi editionis publicationẽ promovendã in quã, cum prior illa, Thesauri editio Sphalmatis Typographicis vitata, me absente, correctorem desiderãrit idoneũ, & binc errata remanserint tũ alia, tum præsertim in ponderum characteribus gravissima, ubi pro Drachmâ sæpè Uncia, & vice versã pro hac illa perperam posita, semotis nunc Characteribus, ne quid denuò & hinc, tam exormiter erraretur, ipsa ponderum nomina suis plenè litteris curavi exprimenda. Præterea etiam, ut meum de re Medicâ, adeoq; bono publico, benemerendi studium magis magisq; tibi, Lector, approbetur, promissam illam in Thesauri Editione accessionem secretorum, usu probatissimorum, quæ ob vim & efficaciam suam, in morbos deploratos singularem, nova referunt Arma Medica, hinc adjunctam habes, suis tibi locis inveniendam. Quibus nunc adjectis, opus hoc renatum, correctum, locupletatum, justam obtinere scias justomodo perfectionem. Cetera quæ supersunt adhuc, mihi, dum vivo, supersunt, postea demùm, me fatisfuncto, usibus pariter publicis, si Deus voluerit, inservitura.

PREFATIO.

Unum autem hic monendum, quasdam me compositiones, Thesauro illi jam ante edito insertas, hic omisisse, substitutis aliis elegantioribus & secretioribus, ita tamen, ut pro tuo, Lector, arbitrio, vel hisce, vel illis uti poteris fructuosè, certis quippe utrisq; & usu probatis.

Tuum nunc erit, Lector benevole, meos hosce labores & studia, bono publico destinata ac propinata, equi boniq; consulere, in judicando dexteritatem & candorem, in utendo fruendoq; prudentiam adhibere, horum etiam tantorum munerum, adeoq; omnis boni ac doni Principio, authori & datori Deo Opt. Max. gratias merum agere: qui faxit, ut quicquid hic boni est, in sui vergat gloriam, & hominum emolumentum, sitq; mea erga Rempublicam Medicam observantiae monumentum sempiternum. Bene vale, laboribus hisce meis salubriter fructuere, & favere mihi perge.





ILLUSTRISSIMI ET CELSISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI

DN. JOACHIMI SIGIS-

MUNDI Saxoniae, Angriae & Westphaliae, &c. Ducis:

In laudem Operis & Authoris

EPIGRAMMA.

GRandia quid tandem cessas medicamina quaeso
Proferre; & sacras differs monstrare medelas?
Omnes, ingenuè fateor, tua Pharmaca mecum
Suspirant, optantq; tuas ex numine dotes.
Ingenij ergò graves fatus emitte, parasti
Quos sudore tibi; divinum hoc tempore munus,
Pellere læthiferos nosti quo corpore morbos;
Sæpè etiam rigidas conor quo flectere Parcas;
Hinc Clotho, Lachesisq; tuum remorantur amorem.

Manu propria.



CARMINA AMICORUM

In
THESAURUM ET ARMAMENTARIUM
MEDICO-CHYMICUM

Nobilissimi, Clarissimi & Excellentissimi

VIRI

DN. HADRIANI à Synsicht

COMITIS PALATINI, ET U. MED.

DOCTORIS, P. L. CÆS. & diversorum

Principum Consil. & Archiatri,

Vi sæcli sapientiam verusti

Non jam diceris amplius tenere,
Sed tenes studio, professione,

Vitâ moribus, ore, fronte, lingua

HADRIANE, SACRÆ TRIUMPHUS ARTIS:

Si quæris, quid agat quid auspicetur

HARTMANNUS, noviter tuæ fideles

Intra Amicitiae sinus receptus :

Illibata sui vicissim amoris,

Posthac in medium statu minando

Corda, perpetuo probata nexu?

Vis, dicam tibi versu amœniore?

Dicam non tibi, sed mihi, sed isti,

Huic atque omnibus integris amicis:

Miratur, stupet, æstimat, triumphat,

Quod læcli sapientiam verusti

Non jam diceris amplius tenere,

Sed tenes studio, professione,

Vitâ, moribus, ore, fronte, lingua,

CARMINA ENCOMIASTICA.

HADRIANE, SACRÆ TRIUMPHUS ARTIS.

Vive; vive diu, DEO QVE vive;

Tandem vive tibi, impiger, paratus

Unus omnibus omnia, omniumque

Dius Fidius, Arbiter, Sequester:

Ne te Stesichori referre culpam,

Et mentis oculis carere dicant,

Qui fingunt Curios, agunt Jachos,

Dum colant culicem, vorant Camelum.

Boni ominis ergo posuit

JOHANNES HARTMANNUS

Phil. & Med. Doctor & Professor

in Academia Marpurgenſi.

ALIUD.

A Effectus præter naturam conglomerati
Densæ acie stabant, hominum genus invasuri,
Jamq; subindè novam inceptabant edere stragem,
Quando subindè nova luis exoriente phalange,
Multa cadunt hominum agmina: qualem nuper Iberus
Turba salax ad nos à fuscis attulit Indis.

Sunt alij insoliti morbi, quos enumerare
Omnes prolixe modo non vacat. Omnibus illis,
Turba quidem licèt ampla satis fuerit Medicorum,
Curandis certè non sufficit. Ars equidem ipsa
Sufficit & Methodus: Sed quis propellitur hostis,
Desunt Arma. Novi morbi nova pharmaca poscunt,
Tartareis morbis profligandis debetur
Tartareum medicamen. Quos Cyllenius adferet
Morbos: hos etiam curat Cyllenius: Et sic
Sulphureos sulphur, Saleos Sal tollit: ad omnem

Nodum

CARMINA ENCOMIASTICA.

Nodum prædurum est cuneus prædurus habendus.

Ergò, HADRIANE, tuum studium meritò laudatùr:

Qui contra insolitos morbos das insolita arma:

Ut contra duros nodos cuneos habeamus

Durcs. Hoc Armentarium in ultima secla

Posteritas celebret, nec non fructu experiatur!

Dicitur in vitam revocasse Epidaurius anguis

Hyppolitum Androgeumq; Tibitua Pharmaca servant

Nominis haut ullo morituram tempore famam,

Gratulabundus accinebam

Johannes Assuerus Ambsingius Tran-

sifulanus Phil. & Med. Doct. &

Professor in Acad. Rosarum.

ALIUD.

Inquirunt alij Thesauros mente sagaci,

Inventisque simul gaudent feliciter uti:

Contra alij, quos invidiæ præfascinat æstrum,

Abscidunt, fuscisque tegunt inventa tenebris,

Nilque sibi, aut alijs unquam prodesse laborant;

Prudentes illos, dementes hosce vocamus.

Ergò HADRIANE, tuâ felix virtute triumphas,

Nominis æterni decorandus perpete famâ,

Quâ Phoebus surgit, quâque idem mergitur undis,

Quando indefesso congesta ARCAN A labore

Et Chemica & Medica in totum effers sedulus orbem:

EVAX! NOBILIORE VIA nemo astra subibit.

Amicitia perennaturâ causâ

L. M. Q. scribebam

JACOBUS FABRICIUS, Phil. & Med.

Doctor, Archiater & Professor Megapolita-

nus in Academiâ Rostochiensî.

ALIUD.

Q Vis novus hic ordo? rerum quis flectit habenas?
 Mulciber an Mavors? Palladis anne chorus?
 Sternit uterq; viros, consumit pradia multa,
 Non est qui fugiat tela trisulca Deum.
 Qui flammās alias in morbida corpora spargas,
 Te Medicum misit docta Minerva suum.
 Omnia si flammis pereunt, quo corporis artus
 Morbo languentes igne levabis? age.
 Igni, sed non quem Vulcanus suscitāt aut Mars,
 Verum quem Pallas promovet arte sua.
 Illi damna ferunt flammis, ego damna rependo:
 Quæ causant morbi qualiacunq; viris.
 Ergo damna remoturus de corpore quisquis
 Arte volet, Librum comparet ære tuum.
 Et prodesse magis valeat, HADRIANE, nocere
 Ambo quàm possint, major utroq; Deus.

ALIUD.

L Inquens Boica littora
 Jussus, Balthica ut attingi,
 LUBECAM subiit mihi
 Quam mox cernere: lumine
 Aspexi vigili domos
 Divum & Magnificorum opere
 Stantes divite. Sed nihil
 Contemplandum oculis meis
 Occurrit pretij tui.
 CAUSA EST. In Medicis habes

CARMINA ENCOMIASTICA.

PRIMAS, in Chymicis PAREM
LUBECA haud tulit haecenus.

Amoris & Amicitia ergo in itinere

Lubeca apponebat

FERDINANDUS SAGITTARIUS

Oenipontanus Phil. & Med. Doct. Sereniss.

Maximiliani V. Bavariae Ducis, S. R.

Imp. Archidap. & Elect. Consil.

Medicus Cubicular.

ALIUD.

HOC HADRIANE quid est? Chymico quid in igne requiris?
An mare cum flammis jungitur, ignis aqua?

Naturæ miranda hæc sunt MIRACULA, ponti

Quod sequitur nomen ars tua plena foco.

Hoc sanè pulchrum simile est, ut in aquore vasto

Gemmae atq; immensa reperiuntur opes:

Sic gemmis simile est, quod concoquit ignis in arte

Et Chymicâ & Medicâ, quâ mihi notus eris.

Scilicet ut vasto veniebat ab aquore nomen;

Sumpsisti vastum sic opus hoc Chymicum.

Perge igitur constans gemmas, quot in aquore nomen

Assumpsit crudas igne poli Chymico:

Namq; mari ut nauta felices plurima debent,

Debitor & tibi erit qui hocce tenebit opus.

Per mare ter felix, Chymicâ ter in arte beatus

Qui quicquid gemmas porrigit, omne tenes.

Congratulationis ergo

F.

FRANCISCUS BRASSIN, Phil. & Med. D. Seren.

Electoris Bavariae Ducis Maximiliani V. constitutus

Medicus castrensis pro Illustriss. & Excell. Co-

mite à Tilly & toto suo exercitu.

ALIUD.

TU quoque, tu nostræ prænobile germen Hygejæ
 Et Sophias, HADRIANE, decus; dum prisca medentū
 Evolvīs monumenta frequens, seu Pergamus illos,
 Seu Cos alta dedit, seu dives Arabia luci,
 Sive etiam nostro hoc voluit clarescere seculo
 Doctorum fecunda parens Europa virorum:
 Hoc agis, ut iustā suspendens singula lance,
 Exactè ad veri trutines solius amussim,
 Inque tuum veritas, quæ ritè probaveris, usum.
 Jamque etiam è locuplete penu, quæ cura laborque
 Sedulus & sollers rerum experientia cauto
 Contulit, in plures satagis dispergere & omnes
 Esse tui similes cupis, & prodesse medendo
 Pluribus, atque animam fugientem sistere doctos,
 Fraudare orcum sperato porch mea naulo.
 Si mihi fas Phæbi cortinam pandere luci,
 Musarumque adyta & sanctos aperire recessus.
 Di tibi pro meritis tribuent, & munere tanto,
 Vivere felices vitæ non præpetis annos,
 Æternoq; tuum sacrabunt NOMEN honori.

*Johannes Heinrichus Meibomius Phil. & Med. D.
 Professor in Acad. Juliâ &c. F.*

ALIUD.

Hunc supra mundum, rutilis conterminus astris
 Eximius locus est, terris proscripta penates
 Olim quo retulit, vulgaris nescia sortis,
 Laude micans multâ, meritis pulcherrima virtus;
 Huc se semidei penetrant a funere manes,
 Quos fama æthereis calorū destinat oris,

CARMINA ECOMIASTICA.

Ut vitâ extinctâ vivat secunda sepulchri

Gloria apud superos, nec edant oblivianomen.

Ote MYNSICHTE! ôte astrorum hoc culmine dignum,

Dignum quem niveis ad sidera summa quadrigis

Fama vehat, tantis meritis qui semper alumnos

Artis Apollineâ tantâ cum laude beasti,

Exemptus vulgo, procerum charissimus Aulis,

Jamq; iterum Genij melioris dotibus auctum

Thesaurum ingeminas non uno munere largus.

Amicitiae & honoris ergo

attestandi scripsit

D. JOACHIMUS STOCKMAN

Rostoch. Phys. Professor.

ALIUD.

V Ir mentis acer, ADRIANE Nobilis,

Cui masculi vegetum vigorem pectoris

Hyperionis decora proles indidit,

Paterque Phæbus artis immensas suæ

Gazas, penuque credidit reconditum;

Docte ADRIANE, splendidum Mundi decus,

Quid hostimenti tibi reponet inclita

Patritiorum competrarum natio?

Quam tu eruditis antèd hac scriptis tuis

Juvisti abundè, & insuper jam nunc quoque

Beare Thesauris studes recentibus?

Tibi fatetur illa sese obnoxiam,

Mastrata tam probato & amplo munere.

Non herclè de Republicâ minus bene

Meretur ille, qui labores ingeni,

Quibus stat humanæ fugax vitæ salus,

CARMINA ENCOMIASTICA.

Stylo propagat ad manus nepotium,
Quàm, qui hosticam prostravit impiger manum.
Ut pressit angues atque aprum Tyrinthius,
Sic monstra, tu MTNSICHTE, morborum domas,
Et litteris & vi potentis ingeni
Hinc nomine ingenti repleas circumflua
Telluris oras, unde ab Eoo mari
Cursum capeffit Sol ad occiduum diem.

PETRUS LAUREMBERG Phil. &
Med. D. & Professor in Acad Rostoch.
L. M. Q. F.

ALIUD.

HADRIANUS à MTNSICHT.

αδριαν.

MIHI DURANS HIC SANAT.

Provida quid possit virtus, quid praebeat usus,
Hic monstrat mirâ dexteritate LIBER.
Hinc merita laudes tibi surgent: I, MIHI DURANS
HIC SANAT, praesens turba sequensq; canet.

ALIUD.

HINC SAT ANIMI, HIS DURA.

Macte, vires excellens, animo curâq; fideli,
His DURA, HINC ANIMI SAT, quia laude virum
Dignam Musae vetat morier, post funera vivet
Ingenij virtus hinc, HADRIANE, tui.

D. CONRADUS MITHOBIUS,
Ducis Br. & Leunæb. Archiater.

Hoc

ALIUD.

Hoc erat in votis. Hoc dudum tota juventus
Optavit. Dudum hoc & petière Senes.
Ut tandem velles dias in luminis auras
Ingenij gazas divitis eruere.
Quæque diu medicâ fueras expertus in arte,
Aut proprio ingenio quæ meditatus eras.
Ut tandem toti velles exponere mundo,
Nec solus partis invigilare bonis.
Nunc quando tot vota hominum feliciter imples,
Unus tam multis fersq; potenter opem:
Næ, tu Phæbus eris novus, alter erisque Machaon,
Æternùm referens in Medicâ arte decus.

JACOBUS MARTINI Phil. & Med. U.D.

Reipubl. Lubecensis Physicus ordinarius

& primarius L. M. Q. F.

ALIUD.

Quisquis es accelera, Thesaurum hunc volve, revolve,
Invenies medicâ quicquid in arte valet.
Authorem celebra, celebris quem fama notavit,
Quem Medicum insignem magnus Apollo dedit.
Qui tam grande cupit, minus hoc celare talentum,
Pharmaca sed gratis spargere tanta studet.
Nemo hoc Pæonias didicit perfectius artes,
Et divinos libros nunc, Paracelse, tuos.
Herbarum novit vires, ac demere tristes
Felici morbos dexteritate potest.
Se negat huic similem vidisse prioribus annis
Tota Lycæonio subdita terra polo.

CARMINA ENCOMIASTICA.

*Se negat huic similem Pallas vidisse Poetam
Carminibus juncta est gratia tanta suis.
Arte etiam Phabi cursus Lunaq; requirit,
Scandit & ingenio sidera celsa suo.
Nec uon ex Chymicis medicamina preparat astris
Spagyricâ sanans vulnera quaq; manu.
Hunc ergo egregiâ mecum fer laude per orbem,
Quo Medicâ nullus doctior artis erit.*

Sincero amoris adfectu depro-
perabam

MELCHIOR BRELERUS Consil.
& Archiater Lunæburgico-
Megapolitanus.

AL I U D.

ARs si fecisset me, vel Natura Poëtam,
Esset & ingenij vena benigna mei;
Non, obscæna VENUS, non arma horrentia Martis
Materies nostri Carminis illa forent:
Sed dilecte tuos canerem COLLEGA labores;
Illustres operas, sedulitate graves.
His expandis opes animi, secreta revelas;
Quæ cælant alij, Tu patefacta velis.
Urbs Epidaurus habet TEMPLUM; Tu conficis ARCEM,
Et quo defendas, aggere fortificas
Erigis ARMA-Viris Medicis MENTARIA; possit
Unde sibi indubiam pōscere quisquis opem.
Non valuit CHIRON, non ÆSCULAPIUS, omni
Arte suâ tantum conficere artis opus.
Pergelabore tuo, grates recinentque Nepotes;
Æternum à Mynsicht ô Tibi CRESCATHONOS!
Crescant

CARMINA ENCOMIASTICA.

Crescant mentis opes, operis Lux incluta crescat,
Ut videas serâ posteritate decus.

Amoris & honoris detestandi ergo

L. M. Q. F.

JOHANNES HELINGIUS, D. &
Medicus Sverinensis aulicus.

ALIUD.

Vir bonus est commune bonum; Namq; usibus omnem,
Quam potius est, operum patria communibus aptat:
Non sibi Thesauros, privati pabula sumptus,
Colligit, aut terra, ceu pondus inutile, mandat;
Non opus, excoctum genio, spectacula condit
Inter operta domus & luminis arcet ab usu;
Totus ubiq; extat, partesq; videndus in omnes,
Omnibus ut profit, circumspicit editus omnes,
Tale viri civisq; boni Mediciq; periti
Exemplum, paucis, ΜΙΝΣΤΙΧΙ, imitabile praeſtas;
Dum, Patriae studio, communes vertis in usus,
Natura abstruso productam è viscere gazam:
Non qualem vel Persa colit, vel suspicit ludus:
Aut qualem è terra vesana recessibus auri
Argentiq; fames & habendi caca cupido
Eruit; humanis vitijs morbisq; futuram
Materiam, fomitem luxus, fontemq; malorum
Sed longè natam meliores nuper in usus,
Conceptam auspicio felici & Apolline dextro:
Quaq; adeo sincera & qua tua; nullius unquam
Quippe manu versata aut usurpata priorum:
Scilicet agrotis quibus & qua pharmaca, quâvè
Conveniat ratione dari, quo deinde sub astro.

CARMINA ENCOMIASTICA.

Divitis ingenij & multo medicamina ab usu
 Firmata & medico tractanda salubriter omni.
 Maſte hoc ingenio, maſte iſthac arte medendi,
 Maſte iſthoc animo cunctos, HADRIANE, juvandi,
 Sic te poſteritas ſublimem laudibus oranis
 Evehet, & vitâ te poſthuma fama beabit.

ὁλοψύχως acclamabam

JOEL PINNOVIUS Phil &
 Med Doctor, P. L. Cæſ.

~~~~~  
 ALIUD.

**T**heſaurum nobis Medicum, clariffime DOCTOR  
 Cum dabis, à MTNSICHT, pharmaca cuncta da-  
 Lethiferum ſi quis rectè vult pellere febrim, (bis.  
 Aut alios morbos, pharmaca certa tenes.

Corporis infirmi ſi vis firmare vigorem  
 Eximium SOLIS tu BEZOARTICUM habes.

Tradidit hac artes tibi Phæbus, Apollo, Machaon,  
 Tu promus-condus tradita redde; vale.

JOHANNES ELERUS Phil. & Med. D.  
 & Reipub. Luneb. Phyſicus ordinarius  
 & primarius.

~~~~~  
 ALIUD.

MIrimalijs, HADRIANE, Hygeia doctè Sacerdos,
 Morborum omne genus quod pellas, ſeminecesq;
 Luci reſtituas agros? non miror id ipſum,
 Empyream diâ limatam Pallade mentem
 Dum trutino, & quod cuncta ſui ſecreta Theatrè
 Crediderit tibi Peonia pater inclytus artis;
 Scilicet ipſe ſenex Couſ quiſ ponat, & inde

Per-

CARMINA ENCOMIASTICA.

*Pergameus totam longè diffusus in artem,
Quid longævus Arabs gratis desudet in herbis,
Quid veterum Chemia velit, nova quicquid anhelet.
Testis erit Liber hic, cumulo qui largiter uno
Monstrat, quæ cuncti sparsim parces, tulerunt,
Thesaurum & proprium proprii & secreti laboris,
Vulcani quæ olim voluisti exponere flammæ.
Non dubito lapidem verum, veram & Panacæam
Quin monstres, famam & decus immortale reportes.*

Amoris & observantiæ ergo
perscripsit.

JOHANNES NEUCRANTZ,
Phil & Med. D. Physicus Stralsun-
densis primarius.

ALIUD.

Sæculi in invidiam publicas clarissime MTNSICHT,
Thesaurum Medico Chymicum ἀγαλλία novum,
Quem tali methodo non vidit in-ante vetustas,
Quali posteritas utilitate leget.
Maacte opere illustri ! quo tantò illustrior audis:
Quantò alijs Cedrus carior arboribus !

Tesandæ observantiæ ergo
deproperabam.

JOHANNES BURMEISTERUS
Lunaburg. P. L. Cas.

ALIUD.

ADRIAGemmiferos spumantibus exspuit undis
Thesauros Thetidis passim, Sinuosa superbit
Acta quibus, radiant mox & diademata Regum,

CARMINA ENCOMIASTICA.

Collaq; Nympharum decorantur lactea: sed Tu
Mentis Apollineo penetrati, ADRIANE, referto
Notitiarum variâ, quas dædala rerum
Natura occuluit, promissumq; ministras
Dona suo longè pretio superantia gemmas,
Pactoli & ramenta Tagi, celebras arenas.

Non etenim gemmæ, non aris acervus & auri
Ægroti poterunt lethales pellerè morbos,
Et tot per totum Microcosmi didita corpus
Semina morborum pravertere, noxia ne vis
Pullulet, ac vitæ per viscera sæviat: immò
Si gazis aveat partis utendo fruiſci
Possessor, vires medicamine sæpè necesse est
Roboret infirmas, fractis medicamen oportet
Subveniat, medijsq; è faucibus extrahat agrum
Orcigena mortis, quantum divina potestas
Fataq; scripta polo Artifici permittere cauto
Non scrutanda volunt. Stipatus milite, belio
Maximus infestis Asiæ domiturus & orbem
Pellæus juvenis signis in limine vitam
Fudisset, Medicâ nisi propulsata fuisset
Arte lues. Quare nihil est Medicamine mundo
Utilius, longèq; alios super ordo Medentum
Eminet: hos inter sed Tu Coripheus habebis
MINSICHI meritò, qui quantum Cynthia vulgus
Ætheris ingrediens jam turgida lumine Phœbi
Stellarum vincit, Medicorum plurima certè
Longo intervallo Te sic quoq; pone relinquis
Ægmina, dum reliquis incognita pharmaca quondam
Cum summo illorum plausu sæcliq; stupore
Pandis, & in publicam posito livore salutem
THESAURUM vulgas studio fervente recoctum.

CARMINA ENCOMIASTICA.

*Inde Tibi nomen partum immortale manebit,
Theſauris inhiant avidè mortalia donec
Pectora, donec erit morborum grata medela.*

Gratulationis ergo

l. mqs. apponebat

JOACHIMUS SCHNOBELIUS

J. U. C. & Juniorum Principum Me-
gapolitanorum Ephorus.

ALIUD.

ECquid adhuc veteris miramur ſcita Galeni,
Aut etiam Coi emblemata ſtriſta ſeniſ?

Sive Therapnæi volitantia in aëre diſci

Lumina, luminibus influa corporibus?

Sparſa nimis veterum diſpenſatoria cur non

Principijs cedant ſciſſa reſciſſa ſuis?

Næ tu Principijs melioribus uſus in artes

Permagnum medicas lucis aroma vehiſ.

OMTNSICHT, medicos inter lux aurea: lampas

Lucidulis Chymicos inter amæna comiſ!

Dirigiſ incertam Chymico dum pulvere turbami,

Et monſtras ſtriſta pharmaca pura manu.

Omnia diſpenſans ſolerti indagine mentiſ

Et ſtatuens leges lance balance novas.

Oebaliuſ cedat ſic cum cæromatè pulviſ,

Tenaria & circo cedat arena tuo.

Nempè tibi medicâ menſ Enthea ſudat in arte

Plurimuſ ac palmæ munera præbet agon.

Nam quò pergis iter, vel quò te proripis iſthic

Vivifico miras ſemine ſpargiſ opes.

Corporibuſ morbi, te diſpenſante, recedunt,

Feriſ & opem velut è flore Meliſſa ſayum.

CARMINA ENCOMIASTICA.

Te præfente tremit furibunda Empufa: fugitque
Perfephone, & Lachesis mergitur Erydano.
Sic fic fcribentem atque laborantem, inclyte MTNSICHT,
Te fervet mitis gratia larga Dei.
Et tuus ille labor vivet, cum putida mundi
Gloria nil nifi fex, nil nifi fumus erit.
Ah fruſtrà invidiæ quid ſtringis, Mome, flagellum,
Quid contra has operas lingua petulca ſtrepis?
Clarant MTNSICHTUM ingenij vis, ſcripta, labores;
Hinc immortalī laude ſuperſtes erit.
Porrigit ex aſtris virtus excelfa coronam,
Adjicit Uranie fronte favente Daphnen.

Amoris & obſervantia

ergò F.

M. DAVIDES MEJERUS
P. L. Cæſ.

ALIUD.

TEmpore TROIANI Martis Præceptor Achillis
ASCLEPI ſoboles Rem docuit Medicam:.
Tempore Germani Martis, flos ille ſalutis
Pæonia Medicæ Res HADRIANUS agit.
Theſauri Chymico-Medici felicius urget
CHIRONE ab MTNSICHT ille HADRIANUS opus.
Omnibus hoc dignum eſt HADRIANIS uſq; legatur
CÆSARIBUS. Gazas qui has habet, omnia habet.

Ad boni Eventus
Mnemos.

JONAS ANGELUS
P. L. Cæſ.

CARMINA ENCOMIASTICA.

ALIUD.

Certè si qua viris Chymicâ laus manat ab Arte,
Dispeream si non danda sit illa tibi.
Namque tuos libros oculis dum contuor, & quos
In studio tantos dividis ore logos:
Miror in his aciem mentis, genijque decorem;
Ingenium mirum; judiciumque merum.
Ecce! quis est potior tali te visus in Arte;
Aut quis in hac unquam par fuit, oro, tibi?
Flamine tu raptus sacro Chymicoque Nitore,
Magnæ mentis opes ire per ora sinis.
Hoc præsens laudat: veniens mirabitur ætas:
Et tantum quis non possit amare librum?
Denique si quid in hoc senio præstare meretur,
Debilis ingenij conscia Musa sibi:
Efficiam turpis ne texat araneâ telam,
Nominis in laudes, vir generose, tui.
Illustrabo metris sic, ut virtute perenni,
Sis gratus juveni, gratus & inde seni.
Perge viris tantum te sic ostendere doctis:
In non mortali carmine vivus eris.

Honoris & amoris ergo

F.

MICHAEL CLENOVIUS,

Hamburgensis P. L. Cæs.

~~~~~

ALIUD.

**Q**uas nobis, HADRIANE, tuæ vis entheæ mentis  
Natura abstrusas arte recludit opes.  
Judice Tharsylogo, veterum syllecta sophorum  
Sunt tantum, antiquis tradita cuncta libris.  
Diversum sensere viri, quos incluta Pallas  
Multa docet methodis inveniendæ novis.

CARMINA ENCOMIASTICA.

*Plura occulta latent: Tu, MAGNE VIR, effer in auras,  
Quæ reperire dedit sacra talenta Deus.*

*Pergat Tharsylogus male-falsam prodere mentem,  
Tu perge ingenij prodere donatui.*

*Ille suam obscuris censuram obtrudat homullis,  
Tu tua præclaris ede probata viris.*

Debitæ observantiæ faustæq; acclamationis  
ergo appenbebat

DANIEL DRENCANUS P. L.

& Not. P. Cæs.

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

ALIUD.

**D**Octe Liber, Medici sincera medulla laboris,  
Quem cuperet Phæbus lauriger esse suum;  
Flos Chymies, uberque penu, Thesauque rerum,  
Quas vel Pæonius nesciit ante chorus;  
Gemma, decusque tui nunquam delebile secli,  
O facer orbis honos, ô facer orbis amor;  
Quo genitore satus, quâ ductus origine prodit?  
Quis tam divini germinis Author erit?  
Non tralaticius certè de plebe putatur  
Literio, aut cætus extimus esse sui:  
Ingenij est sublimis apex, & dulcis ocellus  
Naturæ, fausto quem tulit alma sinu.  
Credibile est illum doctrinâ divite, rebus  
Celsius humanis exeruisse caput,  
Ignavæque procul telluris fece relictâ  
Æthereis animos insinuasse polis.  
Tanta simul rerum miracula ingentia pandit,  
Tam plenâ spargit munera rara manu?  
Fortunate labos, & pignus amabile secli,  
Deliciæ Medicis, divitiæque viris,  
Quem teret ingenti cum fructu publicus usus,  
Et quem batiolis dulcibus usque colet,

Ecce

CARMINA ENCOMIASTICA.

Ecce tibi speciosus Honos, & Gloria vivax  
Amplexus pandunt cominus ecce suos:  
Ecce favent, ulnasque ferunt, blandosque lacertos,  
Et faciunt nexu mancupioque suum:  
Famæ etiam tradux indelibatus amicæ  
Currit inoffenso per loca cuncta pede,  
Ostendit quâ se tenebris Matuta relictis,  
Et quâ sol fessio lumine ferus obit.  
Depositum immensum, meta ingenij ultima, laudes  
Nulla satis poterit dicere lingua tuas.

Debita observantia ergò scripsit in inclutâ

ROSARVM Academia

MARTINVS NESSELIVS VVeiskirchâ-

Moravus P. L. Cæs.

ALIUD.

**C**ertum est invidiâ multorum corda teneri,  
Mens quibus ingenij dotibus aucta micat;  
Quos non biblotavos libet appellare, sed apto  
Iudice me dices nomine technotavos.  
Nam qua dante Deo forsân didicere, tacendo  
Vel planè occultant defodiuntq; malè:  
Aut si quid prodant, tantis obducta tenebris  
Produnt, ingenio nullius ut pateat.  
Asthorum in numerum, Vir clare HADRIANE, referri  
Non potes, invidiam qui procul ire jubes.  
Nam licet ingenio doctum superare Galenum  
Atq; Theophrastote equiparare queas,  
Nil tamen invidiâ motus fastuve tumentî  
Celas, nil Medicâ prorsus in arte tegis;  
Omnia sed clarè Chymicorum Arcana recludis,  
Luceq; Phabæâ lucidiora facis.  
Non Jove, non Lunâ, nec Sole aliove metallo  
Censeri aut gemmishæc tua scripta decet.

CARMINA ENCOMIASTICA.

*Quantum namq̃ salus gemmis præferatur & auro,  
Tantum est & labor hic antefendus ijs.  
Cætera quem lateant HADRIANI scripta, vel isthoc,  
Spagyrica plenum perlegat artis opus.  
Quod dico, inveniet, mysteria aperta videbit,  
Quæ possint dictis conciliare fidem.  
Oderit & rodât, qui nil nisi propria laudat;  
Qui sapit & bonus est, non reprobat opus.  
Euge Vir, eximio qui clares nomine, perge,  
Laudes alta poli sic super astra feres.*

L. M. Q. F.

M. ULRICUS SCHONBERGER

Weyda-Palatinus.

~~~~~

ALIUD.

Peridum decus, in Chymicâ celeberrimus arte,
A M Y N S I C H T magno vir micat ingenio!
Ac pariter, quamvis præsentî tempore rarum,
Est medicus, vates, est Comes, Astrologus!
Astrologi, Medici, Comitris, summiq̃ue Poetæ
Quattuor à M Y N S I C H T nomine laude tenet
Non igitur mirum quod plurima scripta relinquat
Omnes & Chymicâ præstet in arte viros.

L. M. Q. F.

JOHANNES ELFRINGIUS,

Holsatus P. L. Cæs.

~~~~~

ALIUD.

**Q**uid de te dicam? divino percitus astro es!  
In rebus gravis es, suavia metra facis  
Cor Sophoclis, mens Euripidis, Geniusq̃ Terenti,  
Sal Plauti & Senecæ es grande sonantis epos!  
Ambra erat Hippocrates, Speculum Theophrastus in arte;  
Sed per te clarum lumen uterq̃ capit!

Amoris & observantiæ ergo F.

JOHANNES KEMPIUS

P. L. & Not. pub. Cæs.

IN EFFIGIEM

*Magnifici, Nobilissimi, & illuminati*

U R I

D<sup>n</sup>. D. HADRIANI  
à M Y N S I C H T,

Philosophi, Astrologi, Medici & Poëtæ celeberrimi, &c.

*AMICORUM CARMINA.*

**I** Ultra novem complèrat ubi & quinq; insuper annos

Talis erat M Y N S I C H T, os, oculos, faciẽ.  
De ingenio certant Musæ, Charites & Apollo,

Utrius illorum jure vocetur apex!

Hanc dirimunt litem, magnum dum scripta Poëtam  
M Y N S I C H T u m esse probant, Astrologum & Medicum.

Nam Musæ venam! Charites linguam! Salem Apollo  
Disponit! Tribus his clarus in orbe cluet.

JOHANNES BURMEISTERUS

*Theologus & P. L. Cas.*

CARMINA ENCOMIASTICA.

ALIUD.

**P**hidias Effigiem Jovis, & simulacra Minervæ  
 Calavit mirâ dexteritate faber.  
 Rhamusiam Nemesein, manibus ramale tenentem  
 Arboris; & Gnidinon sine laude Deam.  
 Sculptilia & sculptor toti sunt cognita mundo,  
 Semper & illorum fama perennis erit.  
 Qui tua M<sup>T</sup>NSICHTI formavit signa magister,  
 Egregiis laudum dignior est titulis.  
 Ille Jovem lapidem, Venerem, sine farre, Minervam  
 Absq; Minervali, ac absq; minis Nemesein.  
 Hic uno in signo Comitem te Cesaris aula  
 Effigiat vatem, Philosophum, Medicum.  
 Ergo quam superat sapiens ratione carentem,  
 Quam verum à ficto numine distat opus.  
 Tam superat sculptor sculptorem; sculptile verum  
 Sculptores ambos nobile sternit humi!

RUDOLPHUS BURENNEUS

P. L. Cæs. Jud. Provinc. Reg. Dan.

& Duc. Holsat. Advoc. necnon

Civitat. Chilon. Consul.

primarius F.

ALIUD.

**M**<sup>T</sup>NSICHTI facies hæc est dignissima Phæbo,  
 Phæbeum ex scriptis emicat ingenium!

M. Georgius Ludovibus Frobenius F.

Hæc

CARMINA ENCOMIASTICA.

ALIUD.

**H**Æc vera Effigies MYNSICHTI externa; quid ultra?  
Excelsi legito scripta verenda viri.  
Perspicias duplicem Medicum, celebremque Poetam,  
Astronomum cautum, Theiologumque bonum.  
Hinc illum Italidos suspirant ora Patronum,  
Semihominem Galli Semideumque vocant.  
Ingenij claras miratur ut Anglia dotes,  
Sic hujus faciem Dania tota fitit.  
Cæsar id agnoscens, talem retinebimus, inquit  
In Regno, cujus fama, decusque viret!

JOHANNES KEMPIUS P. L.  
& Notat. Pub. Cæsar. F.



1877-1878

Received of Mr. J. H. ...  
the sum of ...  
for ...  
...

3 3 00

...

1.

SECTIO I.

DE

MEDICAMENTIS CHY-  
MICIS SELECTIS ET ALIIS  
PRETIOSIS, &c.

UNICORNU MINERALE.



**H**Æc gloriosa & arcana Medicina, propter in-  
dignos & ingratos mundi filios, erat abscon-  
denda & tenebris involvenda: ne Spagyri-  
cæ gemmæ viderentur suis projectæ; Ego  
tamen hoc secretum ex Christianæ dilectio-  
nis adfectu! & almi Numinis impulsu! vo-  
lui facere publicum, &, inter alia mysteria, quæ velex lu-  
mine naturæ & gratiæ inquisita accepi! vel scrutinio pro-  
priæ experientiæ inveni! vel benivolentia eximiorū Spa-  
gyricorum Artificum, sagaciumque rerum scrutatorum  
mihi revelavit! doctrinæ & sapientiæ filijs communicare  
gratis. Pono autem extra omne dubium, quin hoc salutare  
& cæleste præsidium sint accepturi fronte hilari, pro lubio-  
que grati animi, erga Deum in laudem & gratiarum actio-  
nem devoti.

PROCESSUS.

Recipe Vitriolum nativum viride & Solis Philosophis  
notum, vel in hujus defectu, Vitrioli Veneris Crystallos o-  
primè purgatos, sublimè mundificatos, & omnis terrestrei-  
tatis immunes; immitte validæ & bene munitæ Retortæ, &  
secundum gradus fortiter opusurge, quoad subrubri par-  
ticeps fias olei, quod bene adserva, cujus usum postea decla-  
rabo. Recipe deinde caput mortuum in fundo Cornutæ

A

reli.

relictum, menstruum appropriatum suffunde, & in frigido loco repone, tunc concreſcent, de vitrioli naturâ & ſapore, cryſtalli Calcina caput mortuum ſecundâ vice, & ut ſuprà notatum eſt, procede, mox iterum ejuſdem ſerè generis adhuc prodibunt cryſtalli; ſed huic myſterio minimè utiles. Laborem huiusmodi toties & tamdiu itera, uſquedum nulla appareat vitrioli olentia; atque tum demum caput mortuum, quam fortiffimè, ſed philoſophicè calcina, & extrahe ſal pulchrum & guſtu amabile, quod itidem ſpe ſubſecuturæ doctrinæ retine, dictique iſtius interim recordare:

*Viſitetis interiora terræ rectificando, & inuenietis occultum lapidem, veram Medicinam.*

Recipe poſtmodum antè dictum oleum, & affundendo aquam, in illo ſolve Martis limaturam, & vitriolum ipſius præpara, illudque in pluuiali diſtillatâ aquâ ſolve, ut inde, cryſtalli prodeant, quem laborem toties reſame, donec purum ab impuro, & in ſine caliginis peplo cryſtalli appareant clari & pellucidi. Ex his cryſtallis Martis denuò priorè modo, igne fortiffimo, rubicundiffimum oleum diſtilla, & optime rectifica, ne ullum illi adhæreat phlegma: Tunc habebis rubri Leonis ſanguinem, videlicet Mineralem, & unâ Martis atq; Veneris Sulphur, totalis vigoris, & à Vulcano captum, juxta illud:

*Mulciberis capiti Marsq; Venusq; doliſ.*

Extrahe porrò ex capite mortuo ſal omni Martiali olentiâ vacuum, ad eundem modum ſuprà in extractione ſalis vitrioli Veneris tibi oſtenſum. Ambo hæc ſalia in æquali pondere miſce, vitræ tabulæ immitte, in hypogeo ſeu frigido loco repone, ſequè in aquam Mercurialem reſolveretine: Solutionem poſteà recipe, uodè iterum prodibunt cryſtalli; Et tunc habebis duplicatum Mercurium, ſal ſapientie & naturæ, ſal Philoſophorum, ſub quo Mundi centrum

tum latet absconditum. Et hunc duplicatum Mercurium peplo obscuritatis involutum, ante me nemo Philosophorum tam apertè quam ego manifestavit, quamvis obscurioribus quibusdam verbis, quæ tamen vel minimo Philosophi intellectu facillima sunt: Scrutinio igitur subtilium cogitationum rem ulterius inquire & Mercurium hunc à Philosophis R E B I S, nuncupatum tanquam terrestrem Thesaurum & secundum Deum, summæ & maximæ scientiæ experimentum, ad usum sequentem reponere:

Recipe Mercurium jam dictum, & Sulphur illud rubicundissimum; duo ista pro Philosophici ponderis vigore, & magni intellectus acumine conjunge, ita tamen, ut Spagyrici vasis tres partes maneant vacuæ, quarta verò videatur adimpleta esse; sigilla Hermetice, & rege igne Philosophico secundum gradus in continuo calore, quoad coaguletur in unam massam, & induat Lapidis formam: Quem lapidem confectum postea pro voluntatis tuæ lubentiâ in priorem fontinam poteris redigere, cumque brevi tempore nobiliorem & illustriorem reddere; Et ita magnum perfecisti mysterium: Videbis etiam ante coagulationem rerum multarum admirabilem apparentiam, & multivarium colorem, quæ omnia bene considera, Deum honora, & proximo tuo commoda.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**E**st Medicina universalis & Thesaurus talis, qui poterit omnes ferè morbos curare, quocunq; veniunt nomine in creaturis omnibus & singulis. Unum, duo, vel plura hujus Arcani grana, pro qualitate sive constitutione Patientis usurpata, totum corpus instar fumi penetrant, malignam vitiositatem relegant, & meliorem naturæ conformitatem subordinant, creaturam totam renovant, & quali de novo regenerant, & ita servant fartam tectam, ci-

tra accidentium morborum gravedinem ullam, usq; ad senectam, & vitæ metam, ab altissimo Deo constitutam, &c. Nam:

*Contra vim mortis non est medicamen in hortis.*

Hæc etiam illustrissima medicina, cum purissimo Philosophorum auro debite fermentata, immunda Metalla immatâ Lepâ depurgat, bonâque puri & fixi auri virtute fingit. Pro quo immenso & ineffabili beneficio, omnisq; doni & sapientiæ communicato acervo, sit laus & gloria Creatori summo, qui est in excelsis Deo.

### UNICORNU SOLARE.

**Q**uemadmodum Unicornu in Regno animali, ab omnibus hominibus, præsertim à Magnatibus æstimandum magni, tantoque habetur in pretio, ut omnes gemmas, margaritas aurum & argentum longè eminentissimo antistat valoris & antistitij superpondio! locumque habeat in supremo Thesaurorû subsellio: Ita etiam Unicornu Solare in Regno minerali, æstimandum est magni, propter maximam fixitatem, & plusquam solidam perfectitudinem: Est enim summum pretiosissimum & universalissimo fonti proximû! Cui in virtute & operatione paritaria conjunctissimû! & eò secretissimum mysterium! immo efficacissimum & inaccessum remedium.

### PROCESSUS.

**Q**uilibet gnaris & peritis sit facillimus; ignaris tamen & imperitis erit difficillimus, & peplo caliginis, propter ignorantiam, involutus. Recipe mineram auri, frustatim instar nucis avellanæ, contunde: ab eo ad libræ pondus vel aliquatò minus mitte in Cornutam, vel in aliud vas Spagyricum, & sub lentâ ignis flammâ distilla, utrobique tamen clausis, pro more, vitrorum juncturis, ne materia in fundo lique-

liquefiat, sed sudore absque adustione aquam suavem & cælestem emittat, quam magnipende. Quia verò, & quidem Spagyrici artificij beneficio, libra mineræ vix tantum aquæ sudore emittit, quantum cochleare capit. toties laborem hunc cum novâ minerâ iterabis, quoad sufficere putabis. Hanc aquam rectifica vice octavâ vel nonâ, ut purum ab impuro separetur, & tunc ad usum conservetur instar veri Arcani & Hermetici Thesauri: Qui enim Chymico artificio hunc aquæ humorem in viscosum & vividum liquorem transmutare noverit, ille reverâ habet secretissimam, rarissimam, paucissimisq; cognitam illam clavem, per quâ facillime castrum illud aureum triplici muro circumdatum recluditur, filijsque sapientiæ legitimè aditus conceditur ad reconditos in auro thesauros: Sed hoc opus, hic labor est, &c. Recipe postmodum Aurum Arabicum optimum, per Antimonium lege artis in sublimi gradu purificatum, sine illud per aurifabrum in tenuissimam laminam extendi, quæ absque additamento omni in subtilissimum pulverem possit redigi; vel si noveris absque corrosivo subtilissimam Solis calcem Spagyricè præparare, feceris meliore cum utilitate, &c. Inde hujus pulveris secretissimi in Vitrum Philosophicum, quantum volueris, & affunde aliquantum Solaris menstrui ad eminentiam dimidij minoris digiti, sigillaque illud Hermeticè: digerantur calore tanto, quanto fovetur Embryo in matris utero, quoad aqua absumatur, vel ab auri pulvere absorbeatur; & tunc vitrum reclude, tantumque Solaris menstrui suffunde, quantum primâ vice: Exsicce iterum eadem lege, totiesq; repete, donec transmutetur aurum in pulverem subrubeum. Et sic Unicornu Solare præparatum est, quod multis vel saltem morbis deperatissimis est comprobatum, ut accommodatissimum & suavissimum remedium: Et est verè illud vellus aureum,

quod post multiplicem & toties repetitam Philosophicam coctionem, ignis vincit calorem, nec ab illo vinci potest. Revocabis igitur ad limam maturioris consilij qualitatem hujusmodi mysterij.

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**Oc Arcano sapientiores Medici hætenus non solum, corporis sanitatem & valentiam, secundum Dei volentiam, quam diutissime conservarunt vitæque metan. in multos annos prolongarunt: Sed etiam Epilepsiam, Apoplexiam, Elephantiasmi, Morphæam, Melancholiam, Infaniam, Quartanum, Ischiasin, Podagram, Architrin, Hydropem, Icteritiam, Lucem Veneream, Asthma, Phthistin, Pleurisin, Lupum, Cancrum, Noli me tangere, & hujus generis similes morbos hominum periculosos & alias insanabiles curarunt: Nam usque adeo fortis latet in illo ignis, qui non dum raxat humores lethales absumit; verum etiam ipsissimam ossium medullam, quasi renovatam reficit, totumque corpus humanum semi-mortuum erigit. Est etiam notatu dignum, quod hoc Arcanum in se contineat: Quicumque igitur hoc uti volet, si præsertim antè dictis morbis laboret. lecto se adi unam vel duas horas destinet, & sudorem expectet, quem suavissime & copiosissime absque ullo languore emittit, nihilque impuri vel superflui in corpore humano relinquet. Juvenibus vitam longævam experientibus, singulis mensibus semel offertur; sed usque ad vespèram istius diei, cibo & potu abstineant, sic illa materia in humoris radicalem parilitatem congerminescet; unde corporis robur majorem in modum invalescet! pulchritudo accrescet! quæ instar picturæ, inaccessa venustate conspicue, intuenti adlubescet! nec cum ætate illorum, decrescet! His autem qui antè numeratis morbis laborant,

de-

decem continuè dies propinatur in vehiculis appropriatis morbum propriè respicientibus, & ita, quantum per artem licet, pristinæ, Deo volente, sanitati restituntur. Sæmibus sobrijs, in mense bis, exhibetur; sic manebunt, post Dei providentiæ, sanæ mentis; illorumque senectæ erit viribus viridis usque ad feretrum mortis. Virginibus & fœminis junioribus datur hoc Arcanum singulis quatuor septimanis, mensibus expletis; & erunt semper ætate florida, & ex omni parte corporis speciosæ. Si item puerperis æquo diutius in partu laborantibus propinaveris, licet fœtus glutine carnis esset accretus, ilicet tamen optatus, sine ullo ferè dolore, subsequetur partus. Fæminis, quæ non amplius mensibus sunt obnoxia, exhibitum, vegetas & formosas conservat, adeò ut menstrua interdum redeant, & sic iterum puerperæ fieri possint. Medetur etiam pesti, & si extuberant carbunculi, illorum materiã dispellit, & per sudorẽ virtuosissimè expellit. Pro quo magno & glorioso Arcano, Jehovæ Zebaoth individua Trinitati sit honor in sæcula sæculorum, &c.

## AURUM POTABILE.

**R**ecipe Aurum Ungaricum, apprimè per stibium & fulmen præparatum, sine illud in tenuissimam laminam per aurifabrum duci, postmodum resolve per bonum & optimè rectificatum salis oleum, veris solummodò Chymicis notum, & post solutionem, illud per alembicum abstrahere tunc, in fundo flavissimam solis calcem reperis. Hanc recipe, & vasi vitreo inde, & tantum olei Cinamomi suffunde, ut fiat mixtura pulvis simillima, & in puncto materiã nigrescere & effervesce videbis; tunc habe ad manus bonum Vini spiritum singulariter rectificatum & à tartaro Sophorum impregnatum; de illo aliquantum suffunde  
super

super eandem materiam, usque ad latam minoris digiti eminentiam, & continuo spiritus extrahet Solis animam pulcherrimam & auro simillimam, & quando pro quantitate mensuræ nihil magis accrescit tincturæ, tunc spiritum tinctum effunde, & alium recentem affunde, & hunc laborem toties repete, donec spiritus tingendi virtute destituatur. Remanentem Solis calcem resolve denuò à novo, recenti salis oleo, & procede, ut primâ vice, repetendo & continuando usque dum resolvatur totum corpus, & fiat liquor potabilis: post id circulatur hic liquor Solis aromaticus, ut a crimonia ol. salis evanescat, quæ ipsa tamen vel relictæ cum S. V. profectò nihil nocet. Et hæc est optima solutio, facta absque corrosivis, quæ in æternum à nemine potest in aurum naturale reduci.

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**Æc est inter supremas Medicina præcipua, conservandæ hominum sanitati maxime proficua, quæ multos corporis defectus & ægitudines, intrinsecus originem trahentes, constantissimè & summâ cum admiratione curat. Totam naturam renovat & conservat. Omnes in homine spiritus vitales reficit. Malas humiditates absumit. Hilares facit & bonum Sanguinem impertit. Est specificum cordiale talisq; nobilissimus Chymix Thesaurus, pro quo, Deo optimo maximo, ingentes gratiæ meritò sunt agendæ. &c. Dosis à gut. 3 ad 5 & 7. in liquoribus seu vehiculis convenientibus, manè stomacho jejuno.

**ARGENTUM POTABILE.**

**R**Ecipe Lunæ puræ q. v. & in aq. forti resolve, postea in frigido loco repone, protinus apparebunt crystalli, effunde tunc phlegma, & exime crystallos; inde vitreæ seu lapideæ tabulæ, sine in hypogæo resolvere, aquæ natu-  
ram

ram induere, & ad aridum usque evaporare: Tunc habebis pulverem, quem misce cum sale armoniaco & secundum artem sublima, mox evehit secum sal armoniacum animam Lunæ veram. Hanc sublimatam materiam inde conchæ vitreæ & aq. pluviali distillatâ optimè edulcora, tunc corrosiva & superflua acredo aq. fortis cum sale armoniaco expellitur. Pulverem sicca deinde, & inde vitro, & spiritum Microcosmi optimè rectificatum suffunde, & 24. horas in loco calido repone, tunc in momento extrahet hic spiritus animam Lunæ pulchram, pellucidam, cæruleam in saphiri colore. Menstruum verò tinctum aufer, & recens affunde, donec sulphur omne extractum sit; postea sine illud spontaneâ evaporatione evanescere, vel in cineribus per alembicum abstrahere, & alterâ vice S. V. Philosophorum affunde, qui fundamentaliter extrahet animam, illamque constantissimè retinebit. Si autem pro tuâ lubentiâ in formâ pulveris expetis; Tunc menstruum prius per alembicum abstrahere, & anima remanebit in fundo, quam ad usum retineto.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**A**rgentum hoc potabile, sive anima Lunæ vera, curat Epilepsiam & omnium Lunaticorum morborum sententiam, tam in genere quam in specie. Curas graves dispellit. Somno inquieto resistit. Catarrhos consumit. Aurium susurrum placat, lenemque auditui aditum facit. Cerebrum confortat. Oblivionem relegat. Debilem Memoriam recreat. Vertiginem, mærorem & omnem Melancholiæ multiformis colluviem expellit. Est specificum capitale, quod unamquamque naturam ab omnibus periculosis capitis adfectibus curare & præservare potest. Est denique pretiosus & nobilis thesaurus morbis & imbecillitatibus quam

plurimis medens. Dosis à gut. 3. 5. ad Scrupulum semis, in vehiculis morbum propriè respicientibus.

## ARCANUM DUPLICATUM.

**A**ppellatur etiam hoc Arcanum Sal sapientiæ, Item. Sal de duobus, quod nempè ex duobus, vitriolo & nitro constet; paratur autem à Chymiatris sequente modo: Extrahe ex capite mortuo Aq. fortis ex vitrioli & nitri partibus æqualibus destillat. cum aquâ tepidâ Sal candidissimum. Hoc postea totum & subtilissimè supra marmor tritum impone cucurbitæ lutatæ, & successivè augendo & continuando ignem ad horas duodecim secundum gradus sæpius agitando calcinetur, ut circa finem fundus cucurbitæ aliquo modo candescat. Et postquam omnia refrixerunt, vitro rupto sal eximatur, & à novo, ut primâ vice, subtilissimè teratur, & hic labor denuò secundâ & tertiâ vice repetatur; & sic verè præparatum est.

Quidam secretiores Spagyri hujus salis partibus septem vel decem, addunt Calc. Solis, vel Lunæ debitè ac ritè præp. p. j. Et invicem bene mixta, supra marmor subtiliter terunt; & postea beneficio ignis, ut sciunt artifices, figendo uniant. & thesauri instar custodiunt.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Melancholiâ, Infantiâ, Mentis alienatione, Peste, morbis Epidemicis, Febris, &c. Secretum est. Et operatur hoc medicamentum variè per sudores, sedes, & interdum etiam somnum facit. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. in vehiculis appropriatis & morbum propriè respicientibus.

## ROS MINERALIS.

**R**ecipe Leonem Spagyricum totum, non evisceratum, sed in sole prius philosophicè assatum: Impone illum Balneo sapientiæ, valdè tamen ingeniosè, ad esudandum Rorem mineralem, qui dulcis & amabilis est. Hunc postea aliquoties per se rectificat, donec Spiritualis & cælestis fiat: Et sic habebis aureum Jovis imbrem, veram scaturiginem Veneris, sudorem Palladis, lachrymas Dianæ, & metamorphosin Actæonis, multarum scilicet & variarum ægritudinum. Pro quo glorioso & divo munere, Deo immortali laus sit sempiterna.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**st Medicina generalis, & ad extrahendum omnium vegetabilium Essentias & Tincturas appropriata: Quemadmodum enim cælum in hæc sublunaria, rebus omnibus vitam largiendo & conferendo, potenter agit; ita etiam cælestis hic liquor corporis humani valetudinem conservat. Vitam prolongat. Juventam extendit. Senectam remoratur; nec non putredinem arcet, & omne morbi genus abigit. Dosis à Drach. ij ad Unc. s. & Unc. j. per se, vel in vehiculis specificis.

## BEZOARTICUM JOVIALE.

**H**oc Secretum veri & periti Chymici mecum talem in modum faciunt & præparant: Recipe Reguli Antimonij Uncias iij. Jovis Anglic. purificati Uncias ij. Liquefiant invicem & redigantur in pulverem subtilem, addaturque Mercurij sublimati Unc. x. Quæ omnia inter se mixta & Retortæ immissa distilla, tunc

apparebit materia alba, quam butyrum Antimonij Artista<sup>e</sup> vocant. Hunc album & crassum humorem inde cucurbitæ, & distillando omnem humiditatem abstrahe, & tantum adde sp. salis Nitri, quantum pondus exempti pulveris requirit, & ex arenâ usque ad aridum distilla. Iterum exime, in pulverem redige, & abstractum liquorem una cum Unciis duabus sp. sal. Nitri recentis suffunde, & secundâ vice, ut prius, ad siccitatem usque abstrahe. Album pulverem denudò exime, quam minutissimè tere, & liquorem distillatum cum alijs duabus sp. sal. Nitri Unciis affunde, & tertiâ vice distilla. Tum demum exemptum & tritum pulverem tigillo immitte & ad ignem duas vel tres horas sine excandescere, & postea ad usum repone. Ego ad hunc modum illud præparavi Anno 1610 primâ vice, validumque & efficax in operatione deprehendi.

*Vires, Usus, Dosis.*

**D**iaphoreticum est stupendum & efficacissimum secretum in omnibus & singulis matricis ægitudinibus, alijsque mulierum morbis quam plurimis. In Febribus, Peste, Scorbuto, morbis Epidemijs, & omnis generis imbibito lethali veneno, ut etiam in omnibus casibus, in quibus Bezoarticis & sudoriferis est locus. Dosis à gran 3 ad 5. & 6. in aq. Theriacali vel de Corn. Cervi nost. aut alia conveniente.

**CROCUS METALLORUM  
ABSYNTHIACUS.**

✱ Antimonij crudi, optimi & perlucidi, sal. Absynthij ana Unc. iiij. Misceantur, igniantur & calcinentur singulari diligentia & debito modo, ut est artis, & Antimonium calcinatum, subrubeum, fixum, & Arsenicali suo sulphure penitus spoliatum invenies; quod aquâ dulci toties ablue  
donec

donec nulla amplius salis Absynthij acrimonia gustu percipiat: postea pulverem ita edulcoratum & exsiccatum, tanquam verum & genuinum metallorum crocum ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**R**emedium est admodum utile, & morbis quam plurimis accommodatum. In dolore capitis, Epilepsiâ qualicunque, Ventriculi affectibus, Febribus, Peste, Melancholiâ hypochondriacâ, Asthmate, pleuritide tam spuria quam exquisitâ, Podogrâ, &c. insignes & mirandos effectus edit. In Hydropse sine omni noxa, nâuseâ, & vomitu plerunque per inferiora tantum purgat: In alijs verò morbis per venter & inferiora simul operatur. Insuper Hepatis obstructionibus opitulatur. Icterus curat. Lienem rectificat. Scorbuto medetur. Dosis à gran. iij. ad 4. vel 5. aut 6. in conservis vel alijs vehiculis appropriatis. Vel quod melius, infundatur tot grana per noctem in vini albi Rhenani Unc. ij. aq. Cinamomi Drach. ij. Manè colentur, & vinum clarum, abjecto croco, calidè bibatur. Si verò infuderis cum vino malvatico, rarò movet vomitum, sed per secessum tantum evacuat: propterea pro vomitivo vinum album recipiendum.

TARTARUS EMETICUS.

**R**ecipe Acidi Tartari subtilissimè pulverisati, Croci Metallorum Absynthiaci ana Unc. ij. Bene permisce, in phiolam immitte, & aq. Benedict nostræ Serpilli duas libras affunde, optimè rectum & obligatum tribus aut quatuor diebus in arenâ calidâ positum, sæpius move, ut acidum Tartari perfectè solvatur: Postea ita calidum per manicam filtra juxta artem, ut Crocus metallorum, à solutione bene separatus, in illâ remaneat. Solutionem verò, quæ clarifi-

cata pertransit in locum frigidum ad crySTALLANDUM transfer. Tum crySTALLOS hosce Tartari imprægnatos exime, siccatosque & pulverisatos ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**Meticum est præstantissimum in omnibus diuturnis, & obfirmatis morbis, corporumque affectibus, præsertim in illis hominibus, qui constitutione virium mediocri & naturâ sunt tenellâ, cum in operatione suâ multò lenius & tutius sit Croco Metallorum alijsque vomitorijs mineralibus. Prodest autem imprimis contra Melancholiam, Maniam, Insaniam, Delirium, diutinos Capitis dolores, qui ex alijs corporis partibus per consensum oriuntur. Vertiginem, Epilepsiam, Apoplexiam, Fascinationes, difficultatem Auditus, tinnitum Aurium, & difficilem Memoriam Item, contra Nauseam & inflationem Stomachi & laterum, Ictericitiam flavam, Hydropem, tertianas, quartanas & alias diuturnas, continuas, putridas & acutas Febres, Philtra, Venena hausta, pleuritidem biliosam, & morbos in universum omnes, quos utraque bilis excitat Prodest porrò contra Dysenteriam illam venenosam tempore Pestis vulgò grassantem. Contra morbum etiam Ungaricum divinum & per quam salutare est remedium. Si quis vel ex usu pravi & venenati cibi aut potus, vel à mulcarum virulentarum, aranearum, & similium improvisâ ingluvie, vel à piscium ossiculis, alijsque in fauce hæsitantibus, vel ab alijs etiam per incantationes immixtis rebus utpote pilis, clavis, aciculis, panniculis, alijsve id genus prodigiosis, in vitæ periculo versaretur: hic Vomitorium isthuc miros effectus præstat. Dosis est à 4 ad 5. & 6. grana, præsertim in robustioribus, cum vehiculis appropriatis, duabus vel tribus horis ante & post pastum, vel tempore necessitatis.

Attendendum autem, ne vel hæc, vel alia vomitiva, quibusvis sine discrimine ordinentur & offerantur; sed illis duntaxat, qui ad vomitum sunt proclives, stomachum, fortem, thoracem amplum & latum habent, quique vomere sunt consueti, & quibus humorum materia sursum fertur. Picrochili verò, & qui per naturam à vomitu abhorrent, præterea & cerebri sunt debilis, aut ullis affecti capitis imbecillitatibus, quæ ibidem propriè resident, nec per consensum ex alijs partibus corporis suboriuntur. Omnes item Phthisici, Asthmatici, Tussiculosi, Colici, Hæmoptoici, Inflammati, & qui Apostemata intrinseca, vel obstructions inveteratas & obfirmitas Mesenterij, Epatis, & Lienis, vel aliàs in iisdem partibus scirrhosos tumores, vel membra principalia læsa habent. Quin & illi, qui ardentibus, venenosis & pestilentialibus Febribus valdè debilitati & viribus exhausti sunt, nausæa etiam perpetuâ laborant, ut neque cibum neque potum continere queant, (quod ipsum non à materiâ quâdam ventriculo inhærente, quam natura ipsa per vomitum ejicere conetur, sed accidentaliter ex affectibus partium adjacentium oritur) Emetico hoc abstineant. Denique tam gravidis, quam alijs etiam mulieribus & virginibus, menstrui retentione laborantibus, quæ non ex viscerum impuritate, sed ex solâ venarum matricem ingredientium obstructione existit, vomitiva hæc omninò vitanda. Notandum etiam, cum quis vomere incipit, dari solitum ipsi vel pisorum vel carnis jusculum minus pingue, vel haustum cerevisiæ calidæ; idque, si opus, reiterandum, ut eò facilius vomitus provocetur & actio medicamenti acceleretur.



## TARTARUS NITRATUS.

℞ *Sal. Tartari.**Nitri præp.*

anap. æ.

Solvantur in aq. Rosarum calidâ; Postea filtrentur & super ignem incoquendo mediocriter, donec quasi crustam acquirat, reliquum in frigido concreascit: sic habebis crystallos, quos ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**P**Ræstantissimum est medicamentum; singularem enim incidendi & detergendi humores crassos & tartareos, nec non meatus obstructos aperiendi vim habet. Insuper in Febribus putridis, Ungaricis ac malignis experimentum est. Putredini resistit. In inflammatione gutturis, quam Prunellam vocant, præsentissimè juvat Calculum Renum expellit Vesicæ impuritates expellit, urinamque movet. Dosis à Scr. j ad Drach. s in vehiculis appropriatis.

## OXYSACHARUM EMETICUM.

℞ *Croci Metallor. Absinthiaci* Unc. s.*Cassie Lignæ*

Drach. ij.

*Lig. Aloes.**Rad Angelic.*

ana Drach. j.

*Rosar. rub.*

Drach. s.

Mixta infundantur in aceto Flor. Tunicæ Unc. xv. Stent in Infusione in loco calido per 24. horas; postea filtrentur, & sacchari cand. alb. tantundem addatur, & ad usum reponatur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N dolore Capitis, Melancholiâ, Epilepsia qualicunque, Anginâ, Peste, Pluritide, Tussi, Asthmate, Ventriculi affectibus, præservatione à Podagrâ, Dysenterîâ, morbo Ungari-

garico, venenis haustis, coagulatione sanguinis, &c. excel-  
lensest. Dosis ab Unc. s. ad Drach. vj. invehiculis specifi-  
cis, vel per se exhibita.

## CATHARTICUM ARGEN- TEUM.

**R**ecipe Argenti puri Unc. j. Aq. fortis ex sale Nitri &  
Vitrioli exsiccati ana partibus æqualibus destillatæ &  
per Retortā in arenā lentissimo igne prius rectificatæ Unc.  
vj. Solve Lunam in hac aquā. & solutis adde recentis aq.  
fortis Unc. iij. Nitri purificati Unc. s. & invicem bene mix-  
ta, per alembicum in B. M. vel arenā vaporosā ad tertium  
cohobium destilla, liquorem scilicet destillatum facibus  
semper reaffundendo secundum artem. Postea in arenam  
siccam pone cucurbitam inferius luto munitam & apertam,  
ut reliquus humor aq. fortis usque ad siccitatem inde peni-  
tus eliciatur. Tunc fracto vitro materiam coagulatam, ex-  
terius nigricantem, intrus verò albicantem & crassiculæ pri-  
us contusam dissolve in aq. fortis superius cohobatæ Unc.  
iij. vel circiter, donec pulvis niger, qui vera luna est, fun-  
dum petat; tunc liquorem clarum aufer per inclinationem,  
& in loco frigido, ut crystalli concrecant, repone. Hos  
crystallos exime, ad ignem sicca, non verò ad Solem, aliàs  
nigrescunt, & sunt inutiles. Cumque satis desiccati sunt, ad  
usum ita, absque edulcoratione tibi serva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**atharticum est forte, quo peritiores Chymiatři in Ca-  
chexiā, Hydrope, &c. omnes serosas sive aquosas hu-  
miditates corporis, & externorum membrorum tumores  
in complexionibus fortioribus purgant; retentas etiam &  
occultas aquositates, in angulis laterum, vel alibi collectas,  
& varia symptomata causantes, expellunt, & degravantes

corporis partes relevant Dosis à 4. ad 5. grana manè in vini calidi bono haustu : Uſus verò decreſcente Lunâ, & ſalcata ſeu corniculatâ ( niſi affectûs ratio temporis hanc moram diſvaſerit ) maximè eſt conducibilis.

### TURBITH MINERALE VERUM.

**V**erum & genuinum minerale Turbith à veris & peritis Chyniatis non ex Mercurio vivo cum aq forti, ſed ex ſublimato, ſequenti modo, præparatur. Recipe Mercurij ſublimate q. v. reſolve illum in aq cæleſticalidâ, ſolutionem aliquoties filtra, filtratâ vitro immitte, & guttatim infunde tantum o<sup>l</sup>. Salis Tartari, quantum putabis requiri; quoad in fundo appareat & ſubſiſtat pulvis rubens : Aquoſitatē profundè, & pulverem rubeum retine, aquâ comuni edulcora, uſque dū deſtituatur omni acredine & ſalfedine. Cohoba deinde cum aq mellis optimè rectificatâ 6 vel 7. vice, cohobis tot repetitis. tandē pulvis eximatur, Alkohol vini ſuſfundatur, ut bene humectetur, incendatur & ferreâ ſpatulâ continuo motu circumferatur, donec ſp. Vini ardore comburi abſumatur : Et ita Turbith minerale verè præparatum eſt, cujus virtutem nobiliſſimam omnibus ferè notiſſimam non cenſeo heic connumerandam. Dosis à gran. 4. 5 ad 6. & 7. in vehiculis appropriatis.

### MERCURIUS DULCIS.

**M**ercurius dulcis à veris & ſanioribus ſpagyris ita præparatur: Recipe Mercurij ſublimate linc. vj. Argentij vivi & bene purgati linc. iiii. Miſce exactè, ut Mercurius vivus amplius non videatur, & ſublima, ut eſt moris; ſublimatio hæc quinquies vel ſexies reiteretur, donec dulcem ſeu inſipidum ſaporem Mercurius acquirat. Pulvis rubeus in fundo, & albus in vitri collum ſublimateus, ſemper rejiciatur, medium verò teneatur, quoad nihil inveniatur: Et ita verè præ-

paratus est Mercurius dulcis; quem postea exime, tere, & ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Hydrope, Peste, Pleurisi, Podagrâ, Ictericâ, &c. miranda præstat; sanguinem enim purificando, & medullam in ossibus rectificando, simul omnia noxia è corpore humano radicaliter pellit: propterea Catharticum est insigne, quod jure optimo meretur nuncupari panacæa. In morbis deploratis ex humorum putredine causatis, singulare est experimentum: Quia omnes venenosos & vitiosos humores educit, & non movet vomitum, sed saltem per secessum leniter purgat, & absque molestiâ suas operationes exequitur. Insuper vermes necat, & omnia ulcera Venerea, immò ipsâ Luem Veneream, cerebrique defluxiones potenter exsiccat & radicitus tollit. Dosis à Scr. j. ad Drach s. & Scr. ij præfertim in robustioribus.

MERCURIUS VITÆ COR-  
RECTUS.

**M**ercurius vitæ beneficio Borracis vulg. vitrificatus subtiliter teratur, aliquoties affundendo acetum destillatū à sp. Salis Nitri prius fortiter imprægnatū, & iterum exsiccando in cineribus: Sic habebis post debitam edulcorationem, pulverem, cujus tutior est usus, & qui minori molestiâ operationes desideratas exsequitur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Quartanâ alijsq; Febris intercurrentibus; nec nō in morbis Capitis quâ plurimis, Peste, Hydrope, Leprâ, Lue Venereâ, Ulceribus malignis & similibus gravioribus affectibus, &c. mirabiliter operatur. Dosis in debilioribus à granis ij. ad iij. in robustioribus verò à gran. iij. ad v. aut per se, vel in Conf. Rosar. vel Violarū, vel tot grana in vino aut alio conveniente liquore per noctem infusa & per linteum colata, manè exhibentur.

# MAGISTERIUM MARTIS APERITIVUM.

**R**ecipe Succi Oxalidis expressi & depurati Lib. iij. & adfunde Tamarindor. opt. Unc. viij. Confricetur manibus vel pistillo ligneo in patinâ terreâ nō stanneâ, ut fiat in modum pulmenti. Postea exemptis nucleis & stipitibus coquatur parum & clarificetur cum albuminibus ovorum duorū. Deinde colentur per laneum pannum; clarificatum detur in cucubitâ vitreâ, cui adde limaturæ Chalybis à sordibus bene purgatæ Unc. iij. Digerantur in arenâ loco calido tribus diebus & noctibus. Cucurbitæ superponatur alembicus cæcus, ut semper agitari possit cum spatulâ ligneâ Post digestionem coletur per chartam in patinam vitream vel terream. & inspissetur per ârenam ad consistentiam extracti liquidi. Et habes Magisterium Martis aperitivum. Remanentia Chalybis in subtilissimum pulverem conversa exsiccetur & ad usum servetur: Et habes Chalybem cum aceto Tamarindorum præparatum pro vino Chalybeato, cujus descriptionem & usum quære in sectione propriâ.

## *Vires, Usus, Dosis.*

**V**irtutem habet singularem aperiendi, dissolvendi, & exsiccandi; quo nomine non solum præstanti cum fructu & emolumento, in Epatis, Lienis, & venarum meseraicarum oppilationibus inveteratis; sed etiam ad tumores duros scirrhusos resolvendos ac consumendos, ad exsiccanda etiam & roboranda loca superfluis humiditatibus gravata ac debilitata, feliciter ordinatur. Præterea singularem habet proprietatem attenuandi, solvendi & præparandi atramentum: Ideoque experimentum est in curatione Melancholiæ, Ictericæ nigre, Quartanæ, aliorumque affectuum ex superfluitate, obturatione, putrefactione, similibusque humidi-

miditatibus subortorum. Aperit etiam modo singulari obstructas Matricis venas, & impedita hinc menstrua provocat ac promovet. Experimentum quoque est in febris albâ, sive morbo virgineo, Cachexiâ, tumoribus corporum & principijs Hydropis. Partes item genitales in viris & mulieribus, superfluis humiditatibus relaxatas & debilitatas, corroborat. Denique utilissimum etiam est tam contra Gonorrhæam in veteratam, quam diuturnum Uteri fluxum album & fætentem. Magisterium porro hoc liquidum, si vino Rhenano misceatur iustâ quantitate, atro illud colore tingit. Si verò per chartam vinum filtretur, fit rursus clarum & dilucidum; nec minus tamen vi Martiali fortem retinet gustum, estque virtutis & efficacix parilis, atque adeò in omnibus illis affectibus, ubi aquæ Spadanæ, acidulæ ferreæ, vel aliæ similes, mineram Martis continentes aquæ naturales, à Medicis practicis summè laudantur, ægrotantibus propinari potest. Ubi enim primò corpus per appropriatum purgans decenter evacuatum, vena etiam aliqua, si opus, adaperita, tum deinde per aliquot dies de vino illo Martiali plusculum potatum, & bona simul diæta observata fuerit, ibitum eadem omninò effecta, quæ ab illis è terrâ promanantibus aquis præstari unquam possint, æquè operatur. Dosis Magisterij hujus aperitivi à dimidiâ ad totam Drachmam, plus minusve, in vehiculis appropriatis; vel cum electuarijs, conservis, morisulis, rotulis, alijsque medicamentorum speciebus, pro Medici arbitratu commiscetur. Dosis verò vini Martialis est ab Unc. ij ad tres per se, vel cum alijs mixti liquoribus.

### MAGISTERIUM JOVIS.

**R**ecipe cinerem stanni puri, operto igne præparatum, & cum aceto distillato forti extrahe salem, ut est artis. Po-

Itē a fume spiritum Vitrioli optimè rectificatum, illumque guttatim super extractionem hanc prius debitè filtratā instilla, sic statim albescet instar lactis, & præcipitabitur pulvis albus ad fundum vasis, quem exime, & toties aq. pluviali distillatā edulcora, donec omnis acrimonia separetur: tandem pulvis exsiccat & ad usum servatur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N aberratione Uteri & alijs affectibus hystericis miranda præstat: Assumptum enim Uterum vel ex eo tetros vapores ad supernas partes ascendentes cogit, sistit, & gravissima symptomata hinc nasci solita impedit. Dosis à gran. iij. ad vj in vehiculis appropriatis.

**MAGISTERIUM SATURNI.**

**R**ecipe Salis Saturni crySTALLINI & pulcherrimi q. v. solve in aq. Rosarum; postea affunde Spiritum Vitrioli (sunt qui oleo Tartari utuntur, sed Spiritus Vitrioli præstat lentè & celeri tamen lapsu, tamdiu, usquedū colorem spissi lactis acquirat. Deinde filtra per chartā emporeticam, & Magisteriū albissimū in chartā remanens, secundū artē spagyricā, aquis cordialibus edulcora, exsicca, & ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**agisteriū hoc Saturni ab omni nauseosâ & noxiâ dulcedine liberum est. propterea felicissimè eo utimur in Phthisi, Hæcticâ, Febribus ardentibus, alijsq; inflammationibus internis Item, in Quartanâ, Lienis affectibus, Colicâ, & Libidine Venereâ, Secretum est; his enim omnibus contrariatur. Dosis à gran. iij. ad gran. vj in vehiculis congruis & specificis. Præterea usus ejus præstantissimus est in putredine oris, ulceribus malignis, Cancrosis, Saturninis, Lupo, Fistulâ, igne Persico, Ambustis, pustulis faciei rubeis, Rubedine oculorū, &c. Potest variè vel Emplastris, vel Linimen-

nimentis misceri, vel in alijs appropriatis solvi & externe applicari.

## ANIMA VITRIOLI.

**R**ecipe aliquot magna & capacia fictilia, quo majora & capaciora eò meliora; imple illa aq pluviali, & in unumquodq; fictile duos, tres, vel plures manipulos cōmunis vitrioli immitte; vitriolū autē metire, adauge vel imminue, pro fictiliū quantitate, vitriolum in aquā colliquescat, & aliquoties circumfusum in sole velaere immotū consistat, ita tamē ne pluvia vel res immunda in fictilia incidat: Tunc videbis animam vitrioli instar Jridis vel cāudæ pavonis in aquæ superficie natā, variō colore, quō colorē quā subtilissimē cochleari ab aquā aliquoties in die exime aquā circumfunde, & mox in illā quiescente vicissim apparebit anima, quā recipe, & tantū illius pedetentim collige, quantū putabis sufficere: Et nota, quando colores nō magis apparent in aquā, quod exempta sit anima, quæ immisso recentī vitriolo est restauranda. Abstracta anima sub initio est limo terræ simillima. quā tigillo immitte. & in fortissimo igne sine excandescere, tunc illa sanguinis colore tincta, erit fixa, & perdurabit in flamina, nec illi minimum decrescet granum, licet plures dies ignis sentiat comburium.

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**æc Vitrioli anima (philosophicē prius extracta & spagyricē præparata) in morbis quā plurimis, & præsertim in omnibus capitis & ventris fluxibus, menstruorum & sanguinis profluvijis, &c Epilepsia, Hydrope, Gonorrhæa, pūcturis laterū, Arthritide Febribus, phrenesi, &c. mysterium est. Dosis à granis 5. ad 6. & 8. in vehiculis appropriatis & morbum propriē respicientibus.

## ARGANUM VITRIOLI.

**D**istilla ex vitriolo nativō calcinato oleū rubicundū. Recipe caput mortuū & inde extrahe ultimū salē à vitrioli

sapo-

saporem omninò liberum : Deinde misce tres partes hujus salis extracti & duas partes olei distillati, sine in igne areferi. Hunc laborem toties repete, quoad sal dupletur pondere, pro constitutione priore : Tunc salem in vitream cucurbitulam mitte, tantundem ol vitrioli suffunde, sigilla Hermetice, pone in putrefactionem ; postea in arenam calentem ; sic intra paucos dies reperitur coagulatum : Et ita præparatum est.

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**Oc Arcanum non duntaxat est specificum stomachicũ ; verum etiam efficacissimum contra omnimodos morbos remedium : Quo ego, pro conservandâ sanitate corporis, in genere felicissimè utor. Dosis à gran 3 5 ad 6. & 8 in vehiculis appropriatis.

**NITRUM VITRIOLATUM.**

**R**ecipe Nitri præparati part j. sp. vitrioli rectificati part ij. Misce & distilla per Retortam secundum gradus, primũ leni, deinde fortiori igne, donec tandẽ Retorta candescat, & cum nil spiritũs ascendit amplius, refrigescat paulatim, & sic in fundo cornutæ pulvis remanet niveus, qui acridinem suam corrosivam & nitrosam ferè amisit : Huic spiritũs vitrioli recentis tantum affunde, quantum ad solutionem ejus perfectam sufficiens ; deinde per chartam emporeticam filtra, & ad medietatem usq; evaporare sine : Et tunc demum loco frigido infer ad crystallandum. Hos crystallos exime, sicca, & ad usum reserva. Et sic verum habes Nitrum vitriolatum, quod etiam à Chymiatris quibusdam spiritus vitrioli coagulatus appellatur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**andem virtutem & operationem, quam spiritus Vitrioli, exempto, quod magis refrigerat, vimque diureticam

maiores habet, in ringendo etiam idem quod ille præstat. Operatio ejus præcipua consistit in incidendo, dissipando, mundificando, siccando, contrahendo, putredini resistendo, & mediante acetositate suâ sitim restringendo. Hinc in omnibus Febribus malignis, pestilentialibus, putridis, Hungaricis, Epidemicis, quæ ex sulphureâ, astrali, & venenosa influentiâ in hominibus accenduntur & moventur, præstantissima est Medicina, Bezoarticam continens proprietatem, quâ sudorem sæpè & urinam promovet, simulq; omnes fervidos & noxios intus vapores consumit; purgat & confortat etiam stomachum fervercentem, & concoctionem ejus juvat, appetitum excitat, putredinem, halitus færentis causam aufert, nec non vermes, ex cruditate & putredine natos, enecat. Hepaticis etiam, quorum facies scætant pustulis rubentibus, uti & illis, qui Diarrhææ sæpè sunt obnoxij, remedium est utilissimum.

In Anginâ, Pleuritide pestilentiali, tumore Splenis, Gonorrhæâ putridâ, & fluxu albo mulierum, Scorbuto, & similibus, æquè proficuum est medicamentum. Dosis à granis 4.6. ad 8. & 10. in conservis, electuarijs, Syrupis, Julapijs vel alijs cōvenientibus liquoribus. In affectibus frigidis vino mixtū exhibetur; In Febribus autē ardentibus fontanâ purâ vel hordei aquâ. Aliàs contra Diarrhæam & pro Hepatis confortatione, uti etiam in Gonorrhæâ & fluxu Matricis cum conservâ Rosarum rub. est miscendū, ut acescat, & rubedinem sanguineam induat, de quo manè & vesperi ad quantitatem Castaneæ sumatur. Omnes verò illi qui cōtracturæ & nervorum convulsioni obnoxij sunt, quiq; capitis valde ficci, coporis admodum macilenti & aridi sunt, adeoque illi etiam, qui Stomachum valde tenerum & debilem habent & orificium ventriculi subtile; Mulieres item & virgines suppressione menstrui laborantes, hi omnes à medicamento hujus usu abstineant,

## FLORES NITRI.

**S**olve Nitrum præparatum in aq. Rosarum; Postea inde ollæ novæ non vitreatæ, & pone in loco frigido per aliquot dies; donec Flores Nitri pertranseant, & parietibus ollæ externis adhæreant: qui deinde pede leporino diligenter abstergantur, & ad usum, sine ulteriote præparatione, servantur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**F**ebribus Hungaricis, & alijs malignis & ardentibus singulariter conducunt. Omnes inflammationes compescunt. Faucium scabritiem, confiniumq; partium æstū, præsertim quando nigrescere incipiunt, citissime tollunt. Insuper ad Cordis, Ventriculi, Pulmonis, Hepatis, Lienis, Renum, & Vesicæ, intemperiem calidam alterandam, insigniter valent. Calculum expellunt, & Urinam remorata pel-lunt. Dosis à Drach.s. ad Drach.j. in vehiculis appropriatis.

## SPIRITUS SALIS COAGULATUS.

**R**ecipe Sal. Absinthij crystallinum vel summè rectificatum, huic superadde de Spiritu Salis tantum, ut cum eo secundum artem Spagyricam coaguletur & uniat, ita tamen ut sapore & vi prævaleat & exsuperet Spiritus Salis. Hoc ita coagulatum & justè jam consistens, in vase vitreo serva ad usum: Est enim tum circumgestatio ejus, tum tractatio multò commodior, quam ipsius Spiritus Salis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**xcellentissimum est medicamentum, proprietatem habens balsamicam: Totum hominem renovat: Sanguinem purificat. Caput, Cor, & Ventriculum confortat. Ob-

structio.

structiones Hepatis & Lienis referat. Incidit, discutit, inundificat, & putredinem fugat. Prætereaque diureticum est efficacissimum, adeoque specificum Hydropicum, omnes quippe aquosas humiditates & flatus, omnemque tartaream & viscosam materiam, unde calculus Vesicæ ac Renum procreatur, per urinam potenter expellens. In Iliacâ & Colicâ passione, Ictericâ, Febribus diuturnis & ardentibus, Dysenteria, Paralyti, Apoplexiâ, Podagrâ, Leporâ, Lumbricis, Herniâ, sudore Anglico, Peste, Venenis, &c. præsentaneum est auxilium. Dosis a granis 6. 7. ad 10. & 15. in vehiculis specificis & appropriatis. In Hydrope offertur (præmissis tamen universalibus) in aq. Absinthij & sp. flor. sambuci ana mixtis, quotidie continuando, donec Hydrops & Tympanitis paucis diebus evanescant.

### SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS.

**E**odem modo Spiritus Vitrioli cum Sale Acetose coagulatur, medicamentum certè divinum, & in usu medico maximæ efficacæ, ut experientia omnium rerum Magistra testatur.

#### *Vires, Usus, Dosis.*

**I**N corroborando languente ventriculo, cujus digestionem promovet, nec non in Febribus Stomachi, inflammationibus & Siti &c. secretum est. Utimur etiam in omnibus morbis Capitis, Suffocatione Matricis, Calculo, Ictero, Peste, morbis Epidemicis &c. fortiter enim impressio- ni resistit, & a putredine conservat. Dosis: corpore prius evacuato, est saporis in acidum mutatio, ita tamen, ut dentes stupidi non reddantur; Exhibetur in jure carnis calido, vel

in alio vehiculo appropriato : Cholerici tamen & Picrocholi, &c. ab ejus usu planè abstineant. Coagulatur etiam à quibusdam Spiritus Vitrioli, cum Sal. Absinthij, & æquè efficax est in suâ operatione.

## GEMMA VITÆ.

**R**ecipe Salis Gemmæ, prius ingeniosè fusi ; Postea aliquot vicibus, secundum artem Chymicam, in vino Rhenano dissoluti, filtrati & cogulati Lib. iij. Indantur cucurbitæ argillâ benè munitæ, & imponatur alembicus duplex, ut sciunt artifices, cum recipiente satis capaci, & servatis gradibus, igne fortissimo sublimetur, donec omnes albi & corrosivi Spiritus exierint, & recipiens nubibus repletus, iterum factus sit clarus. Deinde Sal in alembicum elevatum, exime, & cum sp. Vini extrahe : Imprægnatum verò spiritum aufer per inclinationem & seorsim custodi. Sal in fundo relictum, iterum in priori vino Rhenano abstracto dissolve, filtra, & per alembicum aquositatem evoca : Exsiccatum secundâ vice sublima, & sublimatum denuò cum Sp. Vini, ut prius, extrahe, laboremque hunc quater vel toties reiterando, usque dum nihil amplius extrahi possit. Ultimò omnem Spiritum Vini seorsim servatum, à sale imprægnatum, simulque mixtum, in lento balnei calore, ad siccitatem Salis evacuato : Sic habebis Sal spirituale, amabile, pulchrū & crystallinum, magnæ profectò virtutis & operationis.

Salem hunc vasi argenteo aurato tandem inde, funde, & in fluxu, sub regulâ probatoriâ pedetentim tot folia auri puri, fermentando, impone ; donec tingatur colore rubicundissimo, & tunc post quadrantem horæ exime, refrigerescere sine, in subtilissimum pulverem redige, & velut incomparabilem Thesaurum ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**st Medicina, maximis & ingentibus laudibus, meritò extollenda; & ut paucis omnia dicam: Est singularis vi-  
tæ humanæ Thesaurus, adversus quosvis morbos, etiam deploratissimos: major enim vis alterandi, penetrandi, im-  
mutandi, confortandi, expellendi, & putredini resistendi,  
vix repèritur in alio. Præterea omnia obstructa aperit, ve-  
nena dissipat, nec non sanguinis, omniumque spirituum  
substantiam, prolongando vitam, nisi fatalis necessitas, Deo  
ita annuente, repugnat, puriorem atque illustriorem reddit.  
Dosis à Gran. iiij. ad Sc. s. cum appropriatis, in quibus ta-  
men respectus habendus est ad qualitatem affectus.

## ALUMEN TINCTUM.

*Aluminis crudi* Unc. j.

*Magn. Sang. Dracon.* Unc. s.

Solve in aq. Carduibened. & coagula, ut est artis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**lumen hoc à sanguine Draconis imprægnatum in Fe-  
bribus, etiam in ipsâ Quartanâ, miranda præstat: nec  
non in Dysenterîâ, cæterisque alvi profluvijis secretum est.  
Dosis à Scr. s. ad Scr. j. in vehiculis appropriatis. In Febri-  
bus autem horis aliquot ante paroxysmum cum aq. Nico-  
tianæ datur, sudoribus, si fieri potest, provocatis.

## BEZOAR POTABILE.

**A**d hoc Arcanum effice ac præpara, singulari tamen stu-  
dio, sequens solvendi menstruum: Recipe Nitri purga-  
ti, Sp. Vitrioli rect. an. p. æ. distilla per Retortam in arenâ  
secundum gradus, & quando primâ vice, quarto ignis gra-  
du detractum, effusus inde liquor librandus est, & æquo  
huic pondere addendum de Spiritu Vini alkoholifati, atq;

ita bis adhuc cohobandum, primum igni admodum lento, ne spiritus vini evaporet, deinde gradatim, donec quartum gradum assequaris; nec quid amplius transcendere sentias. Hic labor tribus horis, circiter, absolvitur, ut quartus gradus habeatur; tum denique Retortam videbis candentem: quæ cum refrigit, auferri potest vas recipiens, ubi menstruum jam paratum, residente infundo Retortæ terræ albæ, eaque per paucā & saporis ferè experte. Postea lapidis Bezoar orientalis, subtilissimi pulverisati sume Unciam unam, in cucurbitulam vitream intromitte: de menstruo dicto ad eminentiam trium digitorum superinfunde, inque B. modici caloris impone, tum spacio 2. aut 3. horarum menstruum illud lapidem Bezoar rubicundè resolvet. Solutionem hanc deliqua, residuo non soluto denuò tantundem illius prioris menstrui affunde, & in Balneum repone, usque dum pariter solvatur. Jam porro lapide Bezoar penitus soluto, menstruum illud tinctum inter cucurbitulæ, & per Alembicum leniter abstrahere, quo facto, residuo infundo extracto Spiritum Vini superinfunde, eundemque igne lento inde evoca; & hoc ipsum secundā & tertiā vice itera, ita tamen, ut semper recentem Sp. V. addas, donec nulla amplius acrimonia prioris menstrui sentiat; Tunc porro aq. cornu cervi, vel alijs cordialis Unc. viij. affunde, in B. denuò repone, usque dum Extractum illud totum hac aqua solutum. Postea per chartam filtra & lentè usque ad dimidium evaporare sine, ut Unciæ quatuor remaneant, quas instar thesauri inter terrenos præstantissimi ad usum serva. Quo vero modo Aq. illa cornu cervini propriè & peculiariter præparanda sit, in Sectione de aquis explicatum habes.

*Vires, Usus, Dosis.*

**N**obilissima isthæc & plus quam Regia Medicina, contra omne venenum cujuscunque generis, validissimæ virtutis & efficacitæ est. Præcipuè autem vapores venenatâ putredine noxios, pestiferasque infectiones, in corporis habitu dominantes, & facultati vitali maximè infestas, per sudorem ac insensibiles exhalationes expellit, nec non cor, cæterasque partes interiores principales corroborat. Probatissimum hoc etiam inveni, contra omnis generis subitaneos & veneno pestilentiali valdè periculosos affectus, Febres petechiales, Variolas, Morbillos, Pleuritidem epidemiam, morbum Ungaricum, omnesque alios ex dictis malis enascentes morbos: uti nec minus contra Erysipelas & alia symptomata venenosa, ubi diaphoretica Bezoartica, putredini & malignitati virulentæ resistantia, ac sanguinem mundificantia, requiruntur, magnâ virtute operatur. Dosis est à Scr. j. ad Drachmam j in vehiculis appropriatis. Datur autem ægrotis, ita bibendum, ut habetur, haut calefactum, idque summo manè vel etiam, si necessitas postulet, alio die, tempore; habitâ tamen ratione, ne vires ægrotantium sint exhaustæ, tum ut calescat æger & sudet, quantum sine virium decremento, & debilitatione nimîâ fieri potest. Insuper Medicamentum hoc secundâ, tertîâ, pluribusque vicibus, pro infirmorû conditione, in omnibus complexionibus & corporû constitutionibus, gravidis etiâ mulieribus, puerulis & infantibus, absq; omni periculo propinari & adhiberi potest; Si præsertim status morbi talis, ut calida illa antidota Theriacalia & Alexiterica locum invenire nequeant. Quod si decumbentiû conditio requirere videretur, ut venæ sectio præcedat, vel per vomitoria aut cathartica purgetur corpus & evacuetur, expediri id prius poterit, & postea

postea sudoriferum isthuc usurpari. Si item corporis constitutione talis esset æger, ut sudare per naturam non posset, quales aliquam multi inveniuntur, is talis homo cumulatæ tegumentis alijsve medijs ad sudandum compelli non debet: cum evenire possit, ut Arcanum hoc vel per vomitum, vel secessum, vel per urinam aliamve insensibilem perspirationem operetur, vel instar vulnerarij pestilentialis materiam peccantem à centro ad emunctiora sua extra corpus propellat, atque ita nihilosecius malignitatem invadat, adeoque eundem hic fructum progeneret, quem in alijs subjectis sudorem inde emittentibus. In exhibitione etiam diligenter observandum & cavendum, ne quid aceti vel alius acetosi liquoris addatur, neve in Syrupis acetosis, utpote Citri, Ribium, Berberum, &c. offeratur; alioquin essentia lap. Bezoar præcipitaretur, & pulveris instar ad fundum decidit, nec solubilis manet. Quod si vero Thraso quispiam, cognitionis rerum naturalium secretiorum præsertim rudis & ignarus hic insurgat, qui Medicamenti hujus divini efficaciam credere nollet, aut nequiret, iste probet hoc modo: venenum exhibeat columbæ, gallinæ, canis, feli, vel alij animali, quod cum jacet jam jam moriturum, tunc eidem de hoc medicamento exhibe in vehiculo appropriato, & videbis, quid auspice Creatore suo, sit effecturum. Ipse sæpenumero probavi, & per Dei gratiam apud infectos, in morbis acutis, Peste, Petechijs, Venenis haustis, &c. magna & mira eodem præstiti. Notandum deniq; Bezoar hoc potabile, non in vitris Venetis aut Bohemicis, sed Germanicis spissioribus, ob fidelio rem virtutis ejus spiritualis custodiam, ad usum asservari oportere. Deo laus & honor.

DE MEDICAMENTIS CHYMICIS  
MAGISTERIUM LAPIDIS  
BEZOAR.

33

**D**E lapide Bezoar orientali pretiosissimum etiam ac præstantissimum Magisterium siccum, virtutis & efficaciam subtilis ac penetrantis sic paratur: Bezoar debito modo & artificio solve in menstruo, cujus præparatio jam ante fuit indigitata; solum filtra per chartam: post ad manum habe acetum distillatum, vel succum Citri clarificatum, hunc guttatim solutioni superinfunde, celeri tamen, & alto lapsu; sic statim tenellus subtilisque pulvisculus præcipitabitur in fundum, ferè fini omni acrimonia, qui deinde, evacuato prius menstruo, aquis cordialibus edulcorandus, siccandus & ad usum, utpote verum & sincerum lapidis Bezoartici Magisterium, adservandus est.

*Vires, Usus, Dosis.*

**N**obilissimum hoc Magisterium ita præparatum, in omnibus affectibus & symptomatibus malignis, contraque omnia veneficia cordi infesta, præsertim ubi qualitas calida, & putredo deprehenditur, adeoque in alijs omnibus, ubi usus lapidis Bezoar dilaudatur, adhiberi & usurpari potest, apud illos imprimis, qui naturæ sunt tenellæ, nauseantes medicamenta; nec minus apud gravidas & infantes, cum nec odorem, nec saporem ferè ullum habeat. Dosis ejus in infantibus est, à 2. 3. usque ad 4. grana. In Adultioribus verò pro discrimine ætatis & necessitatis à 10. 12. ad 15. grana: Datur in aq. destillatis & convenientibus, pro ut Medico perito commodissimum videbitur.

E

M A-

# MAGISTERIUM CORALLORUM ROSATUM.

R<sup>2</sup> *Acetivini destillat.*  
*Rosar. rub. exsic.*

Lib. iij.  
 Unc. j.

Misce & Stent in infusione, donec Tincturam rubicundissimam accipias, quæ filtrari debet; Atq; in hac dissolve Corallia rubra, ut est artis: Postea in hanc solutionem Sp. Vitrioli fac instillare, & mox pulvis subrubeus sese præcipitat, quam in umbrâ, & non in ignis calore exsicca, & sine omni edulcoratione, ne per illam acetositas Sp. Vitrioli tollatur, & Tinctura Rosarum abluatur, ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**agisterium hoc in illis adhibetur & usurpatur, ubi aliâs Corallorum rubeorum usus communis in pretio habetur. Cor & Spiritus vitales confortat, & ab omni veneno præservat. Sanguinem purificat, putredini, alijsque morbis omnibus è sanguine corrupto existentibus resistit. Modicè refrigerat, siccatur, & contrahit: Unde membra omnia, interna, è calidâ intemperie debilitata, rursus corroborat, & in bono valetudinis statu conservat. In subversione Stomachi, vomitu, Hæmorrhagiâ narium, fluxu Epatico, Suffocatione Matricis, Menstruis superfluis, fluxu albo Uteri, Abortu, Gonorrhæâ, Calculo Renum, Dysenteria, cæterisque alvi profluvij experimentum est, maxime utile. Dosis à gran iij. ad vj. in vehiculis appropriatis & affectum propriè respicientibus.

## ANNOTATIO.

**S**imili modo, Magisterium Corallorum Pæoniatum, ex floribus Pæoniæ, parare solemus, in Epilepsiâ & alijs periculosis affectibus, medicamentum valde commendabile, & audabile. Et hoc etiam de alijs quibusdam floribus intelligendum est.

SCAM-

## SCAMMONIUM ROSATUM.

**R**ecipe Sp. Vitrioli cum Sp. Vini prius rectificati Unc. iij. Rosar. rub. exsic. Drach. j s. Infundantur donec Spiritus rubicundus evadat; quem per chartam filtra, & habes Spiritum Vitrioli rosatum. Postea cum hoc Spiritu dissolve Scammonium crudum instar pultis, iterumque exsicca, & hunc laborem vice secundâ & tertiâ repete. Tandem adde pauxillum Sp. Rosarum & (pistillo prius ol. amygdal. dulc. illinito) tere fortiter ut fiat massa; ex quâ deinde cum ol. Stil. Rosarum & Cinamomi formentur Trochisci fragrantissimi & suavissimi odoris, qui per plurimos annos inviolati servari possunt.

*Vires, Usus, Dosis.*

**D**iversos humores, imprimis autem flavam bilem citra molestiam evocat, & à vasis & sanguine exhaurit; Hinc in multis morbis evacuatione egentibus magno cum fructu exhibetur: leniter enim & sine omnibus torminibus alvum subducit. Dosis à granis xiiij. vel xvj. ad xx. usque. Fermentur inde pilulæ, vel in pulverem post exiccationem teritur, & in vehiculis appropriatis offertur.

## A N N O T A T I O.

**I**n totâ Republicâ Spagyricâ, nobilius Scammonij correctorium invenire hactenus haud potui. Testor ipsam experientiam. Hoc enim cætera omnia, immò ipsam Scammonij resinam, superat. Quia lentam, tenacem, viscosam & venenosam ipsius malignitatem dissipat, atque corrigit, & certas dejectiones promittit; quæ semper ex resinâ assumptâ non sequuntur.

## MAGISTERIUM SCAMMONII.

**S**pagyrica & verâ Scammonij præparatio & correctio, quâ secretiores Medici utuntur, hæc est: Recipe Scam-

monij selecti sufficientem quantitatem, quam solve in S.V. sulphorum; post debitam filtrationem iterum in B. peralambicum ad medietatem saltem abstrahæ, & aq. Rosacæ, quantum ad præcipitationem requiri videbitur, affunde, & præcipitabitur resina Scammonij purissima, absque omni venenosâ acredine, nauseoso sapore & odore omninò libera, quam remoto phlegmate sicca, & ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**X corpore humano utramque bilem, aliosque humores diversos, sine omni læsione & nausæa deducit: propterea vix mitius, suavius & nobilius catharticum in rerum naturâ inveniri poterit. Dosis à Scr.s. ad Scr. j. in conservis vel alijs vehiculis appropriatis.

**MAGISTERIUM GUM. GHIT-  
TA JE MOU.**

**E**Adem lege ex Gum. Peruviano Magisterium seu flores præparantur ad expurgandos serosos & crassos humores, catharticum incomparabile, quod magnificiendum & ad usum reservandum. Dosis à 10. 12. ad 15. grana & Scr j. præsertim in robustioribus.

**GUMMI DE PERU RO-  
SATUM.**

**R**Ecipe Gum. de Peru, seu Ghittajemou optimè pulverisat. Unc. j. aq. Cichorei Unc. s. Sp. Vitrioli rectificat. Drach. j. Hæc benè commixta, tabulæ vitreæ vel vasi indico super illine, loco calido (sed non nimium tamè aliàs nigrescit ac deperit) evaporare sine; donec materia terreum colorem induat. Hanc postea pulverisa & adde pulv. flor. Rosar. ruber. Unc. j. Sant. rub. Drach. ij. Sp. Vini sufficientem quantitatem affunde, per horas 24 circula; tum quando refriguit, per chartam filtra, & paulatim usq; dum siccetur, e-

vapo-

vaporare sine: Et sic extractum habes rubicundum, validæ ac præstantissimæ efficaciæ, ipso etiam aspectu pulchrum & amabile, cum Gummi per se vel ejusdem magisterium ob colorem suum injucundè flavescens, nauseam faciliè pariat. Quo sine etiam inventum, nulliq; hæctenus, nisi dignis, à me revelatum & communicatum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A** Serosis humiditatibus totum corpus humanum sine omni periculo & difficultate purgat. Vnde ingenti cum fructu & commodo in Cachexiâ, Hydrope, Arthritide, Podagrâ, similibusque affectibus; uti etiam in Scorbuto, & morbo virgineo, instar singularis experimenti, usurpatur. Dosis à gran. 15. ad 21. præsertim in robustioribus.

AMBRA MOSCHATA.

℞ *Ambra grisea & pura* Unc. j.  
*Moschi odoratis.* Drach. j.  
*Eleosach. Citri* Drach. s.

Misce & f pulvis subtilissimus, qui irroretur Sp. Rosæ ardente, & iterum exsicceatur; hic labor aliquoties repetatur: postea denuo subtiliter teratur, & usui reponatur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C** Alefacit & siccat. Cerebrum confortat, Corroborat & omnibus ipsius affectibus succutrit. Dolorem Capitis diuturnum mulect. Albugines oculorum tenues detergit. Humidas oculorum defluxiones consumit. Senibus & naturâ frigidis mirificè opem præstat. Vino infusa temulentos efficit. Dosis à gran. iij. ad vj. & viij. ad summum, in vino generoso, vel in alio vehiculo appropriato.

## DIACINNAMOMUM REGIUM.

|                                   |            |
|-----------------------------------|------------|
| ℞ <i>Succulata Indæ</i>           | Unc. iiij. |
| <i>Nuc. Moschat. Indic. cond.</i> | Nro ij.    |
| <i>Syr. Cinamomi nost.</i>        | q. S.      |

Misce in formam Electuarij, & adde:

|                              |              |
|------------------------------|--------------|
| <i>Conf. Alkermes</i>        | Unc j.       |
| <i>Ol. Cinamomi</i>          | Unc. s.      |
| <i>Ambra moschata</i>        |              |
| <i>Margarit. trochiscat.</i> | ana Drach j. |
| <i>Fol. Auri Ungar.</i>      | Nro. xxxj.   |

Denuò misce & tanquam Regium & magnificentissimum medicamentum ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**ALIDÆ est facultatis. Cerebrum & cor supra modum confortat. Stomachi vitiosos humores discutit, & concoctionem juvat. Syncopen & cordis palpitationem, sedat. Inflationem tumoremque Ventriculi prohibet. Flatus dissipat. Colicos dolores à causâ frigidâ sedat. Oris halitum commendat. Omnem putredinem impedit. Senibus frigidis & debilibus, & quibus humor nativus, & calor naturalis imminuuntur, convenit. Vires mirificè reficit. Sperma auget. Vim procreandi promovet; nec non ad Venerem moderatè stimulandam, libidinem suaviter excitandam, Coitum tutò augmentandum, experimentum Regium est. Dosis manè ante pastum, & vesperi in introitu lecti quantitas nucis avellanæ, plus minusve, pro ratione complexionis & sexus.

## MARGARITÆ TROCHIS-

## CATÆ.

℞ Sal. Perlarum orientalium candidissimi, atque ab omni acetositate liberi, q. v. solve in aq. Roris majalis supra triticum

cum collectæ, vel in aliâ cordiali: solutioni guttatim immitte Sp. Vitrioli rectif. quantum ad præcipitationem requiri videbitur, & præcipitabitur pulvis albissimus ad fundum, quem remoto phlegmate edulcora & exsicca, ut est artis j verum enim Margaritarum magisterium habes.

R<sup>x</sup> *Hujus Magisterij* Unc. j.

*Ol. Rosar. veri,*

*Cinamomi* ana Scr. j.

Misc. & cum tragacanth. in aq. Rosar. & Cinamomi ana dissolut. f. l. a. Trochisci parvi, quos thesauri instar custodi & ad usum repone.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**A**D cordis affectus, utpote, dolorem, angustiam, tremorem, pulsationem, palpitationem, & animi deliquia &c. Item, in dolore Capitis, Vertigine, Epilepsiâ, Apoplexiâ, Paralyfi, Contracturis, Resolutione nervorum, Convulsione, Phrenitide, Melancholiâ, Maniâ, Arthritide, Podagrâ, Tabe, Aridurâ, Marcore senili, Calculo, Hydrope, Scorbuto, morbo Gallico, Febribus, &c summum est confortativum. Sanguinem enim purificant Omnes sensus, Cerebrum, Memoriam, & Cor confortant, totumque corpus sanum conservant Naturam internam & foetum in Utero fortificant Spiritus corroborant. Vires reparant Semen humanum augment. Lac muliebre emendant. Oculorû nebulas detergunt. Catharros absument &c. Et Margaritæ hæ trochiscatæ; à multis Magnatibus, ex ordinatione nostrâ, hætenus satis sunt comprobatæ, instar secreti æstimatæ, auroque potabili in effectu æquiparatæ. Dosis pro naturâ infirmi & judicio præsentis Medici à granis,

vj. ad viij. in vehiculis appropriatis & specificis.

ELÆO-

ELÆOSACHARUM CITRI.

℞ *Aq. Rosarum*

Lib. xvj.

*Cort. Citri ext.*

Lib. j.

Destilla per vesicam, separa oleum ab aquâ, rectificâ, & ad usum reserva; postea:

℞ *Sachari cand. alb.*

Unc. iij.

*Ol. Citri rectific.*

Unc. s.

Misce & habebis Elæosacharum Citri odoratissimum. Est & alius secretior, Elæosacharum Citri & Aurantiorum, parandi modus, videlicet ex eorum corticibus exter. & recentibus succus oleosus, expressus, & cum sachari candi albi s. q. mixtus, & benè incorporatus, quod Elæosacharum odore & sapore longè suavius, præstantius, & paratuetiam facilius est.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D Cordis & Ventriculi imbecillitatem juvandam, concoctionem promovendam, Flatus discutiendum, salubre est. Insuper Venenis adversatur. Oris halitum commendat & suavitatem accersit. Vino etiam permixtum, illud suavissimo suo odore & sapore magnificè illustrat. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. in vehiculis convenientibus.

ANNOTATIO.

**H**Ac viâ ferè ex omnibus aromatibus, Gummis, Corticibus, Herbis, Floribus & Seminibus &c. Caryophyllis scilicet, Cinamomo, Cassiâ lig. Nuc. Moscat. Mace, Pipe-re, Succino albo, Mastiche, Majoranâ, Salviâ, Rutâ, Laven-dulâ, Flor. Chamomill. Rosis, Aniso, Fœniculo, Angelicâ, Caruo, Cymino, Anetho &c. & similibus, Elæosacha-ra talia, naturæ humanæ amicissima parari possunt.

DE MEDICAMENTIS CHYMICIS  
MAGISTERIUM PETRO-  
SELINI.

41

- ℞ Cineris Clavellat. vel Salis Tartari Lib. 5. & cum aq.  
pluviali s. q. fiat lixivium forte & clarum; postea:  
℞. Herb. Petroselini in mediocri calore, & non in Sole  
exsiccat. & crassiuscule incis. q. v.


Inde vitro & affunde prædictum lixivium; Stent in di-  
gestionem, in loco tepido ad extrahendū Tincturam: Huic  
imprægnato & calido lixivio, Aluminis crudi in aq. plu-  
viali dissolut. Lib. 5. calidè affunde, bene invicem misce, &  
præcipitabitur cum ebullitione Tinctura Petroselini vera,  
& subviridis; Quam diligentissimè edulcora, & ad usum re-  
serva.

*Vires, Usus, Dosis.*

EXcalefacit, incidit, menses & urinā longè provocat, nec  
non flatu discutit, & calculum expellit. Dosis à gran.  
vj. ad Scr. s. & Scr. j. in vehiculis appropriatis.

ANNOTATIO.

SImili modo Magisteria, seu Tincturæ siccae subvirides,  
ex Rutâ, Nasturtio, Mentâ crispâ, Roremarino, Salviâ  
&c. extrahuntur, & ad usum medicum re-  
ponuntur.



F  
SECTION.

# SECTIO II.

DE

## TINCTVRIS LIQVI- DIS.

### TINCTURA CORALLORUM.

**S**piritum mellis verum, Philosophicè destillatum, non autem corrosivum illum & venenatum vulgi, funde super fragmenta Corallorum rubicundissima, per se prius Spagyricè, & quidem sine igne calcinata, ad extrahendum Tincturam, donec corpus album & quasi mortuum remanserit. Extractions omnes mixtas, post debitam abluionem & coagulationem in B. M. lentè abstrahe, & residuam essentiam rei solutæ, & non menstrui solventis denuò rectificacissimo vini spiritu extrahe, usquedum Tincturam rubicundissimam Sanguinis instar acceperis, quam in formâ olei, alcoole satem ad medietatem evacuato, tanquam veram & genuinam Corallorum, & nequaquam aq. Mellis Tincturam (ut multi hætenus, invidiosè secretum hoc occultando, somniaverunt) ad usum retinere poteris.

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**Ac nobilissimâ & pretiosissimâ Essentiâ hætenus se extulerunt Artifices Hermetici; Uñ enim sunt eadē contra Phantasiā, Epilepsiā, & Melancholiam felici cum successu & magno fructu: Quia mundificat & renovat plenissime sanguinem in toto humano corpore. Resistit etiam omnibus defectibus ex putredine & corrupto sanguine orientibus, omnesque morbos internos radicitus evellit. Confortat quoque septem membra principalia, præsertim autem

Cor

Cor & vitales Spiritus, quos contra virus & omnes malos & periculosos casus munit. Item, omnes obstructions in præcipuis membris, Pulmone, Jecore, Splene, & Renibus mirificè referat, & inflammationes sedat. Febrium æstum compescit, earumque materiam consumit, &c. In vehementissimâ suffocatione Matricis, menstruis superfluis, Hydrope, Paralyfi, Scorbuto, Lue Venereâ, Leprâ, Dysenteria, Gonorrhæâ, Spasmo, & Sanguine concreto medicamentum divinum est. Dosis à guttis vj. ad Scr. s & Scr. j. in vehiculis convenientibus & morbos propriè respicientibus.

## TINCTURA MARTIS.

Rx    *Salis Armoniaci*            p. ij.  
       *Limatur. Chalybis*            p j

Misce & per Retortam, secundum gradus destilla, primum lento, deinde fortiori igni, sic Martis essentia remanet in fundo, hanc exime, & optimè edulcora, ut ab omni Salis Armoniaci acredine sit libera: postea materiam hanc edulcoratam cuburbitulæ immitte, & cum Spiritu Vini extrahe tincturam, cumque desijt tinctiō, Spiritum tinctum exime, & per alembicum abstrahere, usque ad medietatem; reliquū manens cum essentiâ extractâ, per chartam filtra, idque ipsum, utpote verā Martis tincturā ad usum asserva,

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**Æc Tinctura Martis, singulare experimentum est in omnibus obstructionibus Hepatis & Lienis. Item in Melancholiâ hypochondriacâ, Quartanâ, Cachexiâ, Hydrope, morbo Virgineo, Scorbuto, Mensibus superfluis & retentis, &c. Dosis à gut. vj. ad Scrupulum Semis in Vino, vel Syrupis, vel decoctis vel alijs liquoribus convenientibus, ut vires ejusdem eò melius penetrare, etiam ad

remotas corporis partes & angulos possint. In usu autem hujusdē, corpus ab humoribus peccantibus sæpiuscule, decenter & leniter purgandū & simul bona diæta observanda.

### TINCTURA ANTIMONII.

**R**Ecipe Vitrioli ad rubedinem debitè calcinat. q. v. superfundatur acetum destillatum, Stent loco calido per biduum aut triduum, aufer tincturam per inclinationem, filtra, & menstruum paratum est. Postea ꝛ Antimonij crudi q. s. optimè pulverisa, & affunde menstrui jam dicti s. q. digerantur ut est artis, donec flavedo in menstruo appareat, aufer & recens affunde, usq; dum omnis tinctura extracta fuerit. Hoc factō, omnes depletiones mixtas ad spissitudinem mellis destillentur; tandem cum Sp. Vini de novo extrahe & ad medietatem iterum abstrahe, tunc subrubeam tincturam retinebis, quam ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Epilepsiâ, Melancholiâ, Maniâ, Philtris & Venenis haustis, Peste, Febribus acutis &c. mirè operatur. Dosis grana vj. in vehiculo convenienti.

### TINCTURA SULPHURIS.

**F**Lores Sulphuris extrahe cum Spiritu Terebinthinæ, more usitato, quo factō, Spiritum paulatim evaporare sine, donec reliqua exsiccentur: exime tunc materiam illam exsiccatam, redige in pulverem, & hinc cum Spiritu Vini rectificato Tincturam extrahe, & desinente tinctiōe, Spiritum tinctum, cum deliquaveris, misce affundendo, quantum illius est, de aquâ nostrâ pectorali, & aliquot diebus loco calente, ut digerantur, repone: Postea Spiritum Vini in B. M. lente igne abstrahe, & sic Tinctura Sulphuris remanet in aquâ pectorali. Hanc aufer per inclinationem & ad medietatem seu oleitatem saltem evaporare sine, reliquum

quum per chartam emporeticam filtra & ad usum communem serva.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**H**Æc Tinctura non solum pectus ab omni humore crasso, organa respirationis obturante, tussim & anhelitum difficultatem caussante, liberat; sed pulmonum etiam & vicinarum partium apostemata in thorace purgat, earundemque curationem promovet, anhelitum tardum & facilem reddit, caputque frigefactum, consumptis catarrhis delabentibus, refovet, siccat & corroborat. Insuper Colicos dolores sedat. Omni putredini resistit. Magno etiam cum fructu in pestis humidæ contagio adhibetur, sed hominibus præsertim plæbeijs, vili & vulgari victu multas humiditates pravas in sanguine colligentibus, ideoque infectioni huic magis, quam alij subjectis & obnoxijis. Dosis ordinaria est à .v. .vj. .vij. usque ad x. guttulas, in vehiculis appropriatis.

### TINCTURA TARTARI.

**R.** Salis Tartari, frequenti solutione & coagulatione summè depurati, quantumvis; affunde opt. Sp. Vini alcoholisatum ad eminentiam trium vel quatuor digitorum: Pone in digestionem per aliquot dies, quotidie aliquoties, ut decet, movendo, sed cavendo, ne Spiritus Vini vitrum rumpat, & tingetur colore rubicundissimo. Postea tinctum Spiritum aufer per inclinationem, & recentem affunde, tamdiu, donec non amplius tingatur, vel omnis tinctura extractata sit. Ultimo Spiritum Vini tinctum, simulq; mixtum filtra, & ad usum res-

serva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**V**esicam & Renes à superfluis liberat, atque calculos, urinam largiter movendo, & sanitatem conservando, rumpit, conterit, farinæque instar expellit. Omnes etiam obstructions & putrefactiones, præ omnibus ferè alijs medicamentis & Arcanis, totum penetrando & roborando corpus, egregiè tollit. A Paralyfi & Podagrâ præservat, si bis quotidie exhibeatur, manè scilicet & vesperi, per se vel in liquoribus specificis. Insuper in rectificatione Sanguinis, dolore Capitis, Hydrope, Erysipelate, Ictericâ utraque, Colicâ, Leprâ, Lue Venereâ, Scabie, Pruritu, Serpigine, Lentigine, Mensibus retentis, Pleuritide, Puncturis laterû, Febribus, Contracturis, Arthritide, cæterisque morbis tartareis & alijs venenatis, &c multum facit, & est medicamentum nunquam satis laudatum. Dosis à Cochl. Semis, ad integrum, per se, vel cum vehiculis appropriatis, quæ tamen dosis, habitâ ratione ætatis, sexus, complexionis, & consimilium circumstantiarum augeri minui vè potest.

## TINCTURA LACCÆ.

℞ *Gum. Lacca subtiliter pulv.* Unc. s.  
*Aluminis usti* Drach ij.

Mixtis affunde Aq. Lap. Medicament. cum aq. Saliæ & Rosar. fact. Lib. ij. Stent in digestionem, donec perfectè tingantur; postea filtrentur, & tinctura rubicundissima ad usum communem servetur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N gingipedio morbo, seu Scorbuto oris, experimentum est; Gingivarum enim laxitatem, putredinem, & fætorem oris, curat, & carnem amissam reparat: præsertim quando hâc Tincturâ gingivæ laxæ, flaccidæ, & sanguinolentæ frequenter fricantur & abluuntur.

TIN.

## TINCTURA PROPRIETATIS.

|   |                           |           |
|---|---------------------------|-----------|
| ℞ | <i>Sp. Vini anisati</i>   | Unc. xvj. |
|   | <i>Elix. proprietatis</i> | Unc. j    |
|   | <i>Conf. Alkermes</i>     | Unc. s.   |
|   | <i>Flor. Tunica rub.</i>  | Drach j.  |

Stent in digestionē, donec perfectē tingatur; postea Spiritum tinctum & filtratum sacchari candi alb. f. q. edulcora & ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

IN Melancholiâ, Hæmicraniâ, Vertigine, Paralyfi, Catarrho, Asthmate, Tussi, Ventriculo debilitato, Cardialgiâ, Quartanâ, Calculo &c. medicamentum est illustre. Insuper Cor confortat, Canitiem retardat & lætitiâ adfert &c. Dosis à Drach. j. ad Drach ij. in vehiculo conveniente & specifico.

## TINCTURA BAC. JUNIPERI.

|   |                                                      |            |
|---|------------------------------------------------------|------------|
| ℞ | <i>Bac. Juniperi rec. &amp; crassiusculè contus.</i> | Lib. j.    |
|   | <i>Sem. Anisi cont.</i>                              | Unc. iiij. |
|   | <i>Rad. Angelicæ</i>                                 | Unc. j.    |
|   | <i>Lig. Nephritici</i>                               | Unc. s.    |
|   | <i>Macis elect.</i>                                  | Drach. ij. |

Mixta infundantur in Vini Malvat. Lib. viij. Stent in infusione per 14. dies, quotidie aliquoties movendo; Postea B. M. destillantur; & cum hoc destillato liquore ex Bac. Juniperi Tincturam extrahe, ut est artis: quæ deinde filtretur & parum edulcorata ad usum servetur.

*Vires, Usus, Dosis.*

EXcalefacit, aperit, attenuat, & discutit. Stomachoutilis. Contra Pectoris vitia, Tussim, inflationes, Tormi-

na. & Serpentum ictus efficacissimè bibitur. Venenis mirifice adversatur; quare Pestilentiam arcet hausta. Calculos quoque e Renibus pellit. Urinam ciet; Unde ruptis, convulsis & Vulvæ strangulatui subvenit. Dosis à Cochl. j. ad tria manè jejunò Stomacho.

### TINCTURA PAPAVERIS ER.

R A T I O N E.

R. Conf. Flor. Papaveris errat. Unc. j.

Flor. Papav. errat. Sp. Vitrioli irrorat. Drach. j.

Misc. & cum aq. ex succo prædictorum florum destill. Unc. xxx extrahatur Tinctura rubicundissima; quam postea filtra & adde.

Syr. è suc. flor. Papav. errat. parum Vitriolat.

Unc viij.

Misce & ad usum reponere.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N defluxionibus calidis, tenuibus & acribus, asperam arteriam & fauces exasperantes, insomniamque facientes, quam maximè valet: Tussim quoque inde natam; nec non Catarrhum & Phthisin sedat, refrigerat, atq; somnum conciliat. In pleuritide & puncturis laterum ad dolorem mitigandum, inflammationem resolvendum, sudoremque eliciendum admirabile præsidium est. Insuper ad alvi profluvium & dysenteriam ex materiæ acris & biliosæ effluxu excitatam, valdè prodest. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij. per se vel cum alijs vehiculis idoneis.

### TINCTURA CASSIÆ LIGNÆ.

R. Aq. Cinamomi cum Vino Malvatico vel alio generoso destillat. Lib. j.

Cassia lignæ vera

Drach. vj.

Stent tamdiu in digestionem, donec perfectè tingantur; postea filtra, & ad usum reserua.

*Vires,*

*Veres, Ufus, Dosis.*

**O**Mnibus frigidis affectibus idonea est: Stomachum, Jecur, Lienem, Pulmonem, Cor, Cerebrum & nervos roborat. Visum acuit. Venenis, Venenatisq; ictibus ac moribus prodest. Halitus gratiam commendat. Menstrua ac lotium educit. Nauseam sedat. Fastidientem Stomachum juvat. Omnibus tandem morbis auxiliatur, ubi calefacere, referare, attenuare, digerere & confortare velimus. Qui tamē calidiori sunt temperamento, cordis præsertim, aut aliarum in mesenterio, cæteris vè locis partium inflammatione laborant, eā temerè non utantur.

## TINCTURA HYPERICI.

*Rx.* Suc. Herb. & flor. Hyperici exp. & de-

*Lib. ij.*

*Anagallidis cum florib. purpureis exp.*

*& depurat. Lib. j.*

*Sang. Asinini ex venis post aures*

*exp. Lib. s.*

*Flor. Buglossæ*

*Rosar. rub.*

*Anthos*

*ana Drach. vj.*

*Conf. Alkermes*

*Cassia lignea*

*ana Unc. s.*

*Crocior.*

*Drach. j.*

Infundantur per noctem, & B. M. destillentur ad secundum cohobium.

*Rx.* Hujus aq. *Lib. ij.*

*Ess. flor. Hyperici cum sp. Vi-*

*ni ext.*

*Unc. s.*

Stent in loco tepido per noctem, manè aliquoties filtrentur, donec Tincturam rubicundissimam, rubini instar

accipies; quæ sachari candi alb. s. q. edulcoranda & adu-  
sum servanda.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Melancholiâ, Maniâ, Dementijs, fascinationibus, &  
Incantationibus, nec non in imminutâ & abolitâ Phanta-  
siâ, & ratiocinatione, hæc aquâ valde secreta est imbecilli-  
tatem enim, hebetudinem, stupiditatem, torporemq; men-  
tis, & tarditatem ingenij emendat, & quantum per artem li-  
cet, corrigit, & omnes imaginationum affectus feliciter tol-  
lit. Insuper Urinam cit. Menstrua pellit. Tertianis & quar-  
tanis succurrit. Morbis quoque Renum & Vesicæ prodest.  
Dosis à cochl. iij. ad iijj. bis in die, manè scilicet ante Solis  
ortum, & vesperi cundo cubitum.

**TINCTURA VITÆ.**

*Sp. Vini simpl.* Lib. vij.

*Aq. Rosarum opt.* Lib. iij.

*Cort. Arantiorum*

*Citri*

*Rosar. ruber. exsic.*

*Mentacrisb.*

*Melisse*

*Santali alb.*

*Cinamomi*

ana Unc. s.

*Lig. Aloës*

*Macis*

ana Drach. iij.

*Sem. Angelicæ*

*Coriand.*

*Anisi*

*Faniculi*

ana Drach. js.

*Spica nardi*

*Galang. min.*

*Cruci*

# DE TINCTURIS LIQVIDIS.

11

*Croci orient.*

*Cardamom. min.*

*Caryophyllor.*

*Ambra grisea*

*Moschi Alexand.*

*ana Drach. s.*

*ana Scr. s.*

Stent in digestionem per octiduum; postea per alembicum destillentur.

*Rx.*

*Sp. evocati*

*Cassia Lignea vera*

*Conf. Alcherm.*

*Croci orient.*

*Lib. vij.*

*Unc. ij.*

*Unc. s.*

*Scr. j.*

Digerantur, donec perfectè tingantur, postea spiritus ainctus cum Sach. candi alb. s. q. in phlegmate proprio dissolut, edulcoretur & ad usum serveatur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Sua odoris eximiâ gratiâ Cor & Spiritus reficit, exhilarat, & vitâ prolongat. Cerebrum, & Stomachum confortat. Ventriculi calorem auget. Robur firmat. Flatus dissipat. Concoctionem juvat. Tormina ventris sedat. Intestina sana conservat; nec non ad frigida Thoracis, Epatis, & Lienis vitia valdè utilis est. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij.

## TINCTURA LIGNI GUAJACI.

*Rx.*

*Ras. Lig. Guajaci*

*Mastichis elect.*

*Lig. Aloës resinos.*

*Flor. Tunica exsic.*

*Unc. iiij.*

*Unc. j.*

*Drach. j.*

*Drach. s.*

Mixtis superaffundatur Sp. Vini s. q. ad extrahendum tincturam, quæ postea filtrata ad usum servetur.

*Vires & Usus.*

Cum hac Tincturâ sæpius quotidie abluantur os & dentes dolentes; dolorem enim plerunquæ à Capitis deflu.

xionibus ortum, sistit, Catarrhum inhibet, factorem & putredinem oris auferunt, ejusque halitum emendant. Temporibus etiam Empl. de Gum. Elami vel Mastiche factum, simul applicetur, quod tamen ante applicationem optime calefiat. Item post expuitionem semper os decocto anisi diligenter abluatur.

### TINCTURA LIGNI SASSAFRAS

*Rx. Aq. Fontana bene coct. & adhuc summe calida Lib. viij,*

*Lig. Sassafras in taleolas tenues incis. Unc. ij.*

Stent in infusione per noctem in ollâ novâ vitreâ & bene cooperâ, donec per se refrigescant: Manè per chartam filtrentur, & colatura clara cum Tinct. Cassiæ Lignorum parum aromatizetur, & ad usum propotu quotidiano servetur.

#### *Vires, Usus, Dosis.*

**C**atarrhosis & Arthriticis Nectar est: Ob ingentem enim siccitatem & moderatum calorem est remediū excellens ad omnis generis defluxiones, quas radicitus absumit, nec non calculum ejicit. Flatus discutit. Uterū ad conceptionem præparat. Menses provocat. Concoctionem juvat. Vomitus cohibet, & alvum subducit. Sed ijs, qui extenuati sunt & imbecilles, non convenit. Dosis propriè non observatur, sed patiens ad libitum bibat, continuando per aliquot septimanas.

### TINCTURA ODONTALGICA.

*Rx. Raf. Lig. Guajacii Unc. ij,*

*Sassafras*

*Sars. Parill. ana Unc. j.*

*Rad. Pyrethri*

*Aluminis crud.*

*Nitri*

*Niri præp.* ana Unc. s.

*Sem. Staphid. agria*

*Hyoscyami* ana Drach. iij.

*Opj spagyricè præp.*

*Caryophyllor.* ana Drach. js.

*Serpilli*

*Origani*

*Croci or.*

ana Drach. j.

Misce & f. pulvis, quem inde vitro & superfunde Sp. V. simpl. & aceti vini ana Lib. js. & f. Tinctura.

### *Vires & Usus.*

DE hac Tincturâ tantillum calidè in ore contineatur; loco illo, ubi sunt dolentes dentes; postea iterum exspuatur, & reiteretur, si opus est: efficacissimè omnes dentium dolores etiam acutissimos, affluxus inhibendo, sedat atque placat. Immo mirabiliter extrahit humores illapso; ab initio quidem videtur sæpius dolor augeri, sed paulò post mitigatur & definit.

### TINCTURA UTERINA.

*Rx.*

*Bac. Chama ætes*

*Sambuci*

ana Unc. iiii.

*Rad. Bryonia*

Unc. j.

*Herb. Majorana*

Drach. j.

Misc. & affunde aq. Hysteric. Lit. A. dictæ s. q. adde etiam aliquot guttulas Sp. Vitrioli, & fiat digestio in B. M. per aliquot dies, usque dum Tincturam rubini instar accipias, quam ad usum reponas.

### *Vires, Usus, Dosis.*

MANifestissimam hystericam & Cephalicam vim habet: propterea omnes suffocationes & strangulationes uteri, etiam periculosissimas; nec non præcordiorum com-

pressiones & dolores tollit. Dosis à Cochl. s. ad Cochl. j. per se, vel in aq. singulari hyfterica.

### TINCTURA DIAPHORETICA.

*Rx.* *Sp. Vini ex confectiōe Bezoartici solaris nost. residui.*

*Flor. Sambucirectif.* ana Unc. iiii.

*Tartari aliquoties rectif.* Unc. ii.

*Vitrioli opt.* Unc. j.

*Conf. Alkermes* Drach. vi.

Digere per aliquot dies, sæpius movendo, ut quædam perfectè tingatur; postea liquor tinctus & filtratus ad usum reponatur.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Peste, putredine, morbis capitis, Paralyfi, rectificatione sanguinis, tremore Cordis, Cachexiâ, Hydrope, Ictero, Asthmate, Pleuritide, Anginâ, puncturis laterum, Luc. Venereâ, Leprâ, Vermibus, cōtracturis, mensibus retentis, febribus &c. singulare est medicamentum: mēbra enim principalia confortando, superfluitates consumendo, noxia corrigendo & expellendo, omnes nervos, musculos & medullam vi suâ diaphoreticâ penetrat; nec non omnia in pristinum naturalemq; statum reducit. Dosis à Cochl. dimidio ad integrum in aq. Card. benedict. Sambuci, jaceæ, &c.

### TINCTURA STIPTICA.

*Rx.* *Vitell. ovorum ad duriciem coctorum*

*Nro.* xxj.

*Cons. rad. Consolid. major.*

*Flor. Papav. errat.* ana Unc. iiii.

*Ras. Coll. Piscium*

*Nuc. Moschata*

*Gum. Arabici* ana Unc. ij.

Cap. Papav. alb. cum seminibus

Flor. Urticae mort. rub.

Suc. Acatiae

ana Unc. j.

Misc. & infundantur per 24. horas in Vini rubri sti-  
ptici Lib. vj; postea adde: Aq. Hypnoticæ nost. Unc. x.  
misc. & in B. M. destillentur.

℞. Liguoris stillaticij

Lib. iiij

Sang. Draconis Sp. Vitrioli parum

irrorati

q. s.

Misc. donec perfecte ringatur; deinde filtra, & tin-  
ctura rubicundissima Syr. è suc. flor. Papav. errat. prius e-  
dulcorata, ad usum fervetur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N omnibus alvi fluoribus, nempe: Dysenteria, Diarrhæa,  
Lienteriâ, Tenesmo &c. valde utilis, & magnæ efficacis  
est. Dosis ab. Unc. ij, ad Unc. iiij.



SECTIO

# SECTIO III.

DE

## EXTRACTIS.

### BEZOARTICUM SOLARE.

*R. Theriaca Andromachi*  
*Mithridat. Damoc.* ana Unc. viij.  
*R. af. Lig. Guajaci*  
*Sassafras* ana Unc. vi.  
*Bac. Juniperi*  
*Rad. Enula camp.*  
*Angelica* ana Unc. iij.  
*Vincetoxici*  
*Zedoaria*  
*Tormentilla* ana Unc. ij.  
*Serpentaria*  
*Imperatoria*  
*Valeriana*  
*Scorzoneræ*  
*Diptaam. alb.*  
*Petasitis* ana Unc. j.  
*Mastichis elect.*  
*Myrrha rub.*  
*Lig. Aloës pond.*  
*Calami oramat.*  
*Cardamomi min.*  
*Zingib. alb.*  
*Cubebæarum*  
*Croci orient.*  
*Macis* ana Drach. vj.

Pul.



*Succini albi**Caryophyllorum**Nuc. Moscat.**Cinamomi**Camphoræ**Rutæ hort.**Citri rect.*

ana Drach j.

Denuo misc. & redigantur in formam justæ consistentiæ, & salem è fecibus calcinatis arte extractum majoris efficacitæ ergò ad miscere poteris.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N varijs & ferè omnibus morbis summum arcanum, immò efficacissimum medicamentum est, contra omnia metallica, animalia, & vegetabilia venena; utpote: Mercurium sublimatum, Arsenicum, Napellum, Cerebrum felis, Toxicæ, Philtræ, Virus araneæ, Viperarum, Serpentum, Scorpionum & Bufonum &c. quæ à corde & ceteris membris principalibus per sudorem virtuosissimè expellit, totumq; corpus penetrat & conservat. Valet quoque post debitum purgans, in omnibus putrefactionibus & superfluis humiditatibus corporis undecunq; proveniant: Cachexiâ, Hydrope, &c. In Erysipelate (ita tamen ut in robustioribus venæ sectio præcedat) sudore Anglico, Puncturis laterum, variolis, Morbillis, Asthmate, Melancholiâ, Lue Venereâ, Obstructionibus & doloribus Hepatis & Lienis, Leprâ, Contracturis, longis & obfirmatis morbis, &c. Item in Arthritidæ, Podagrâ, Gonogrâ, Ischiâsi, Febribus, Mensibus retentis, Ictericâ; nec non in Iliacâ & Colicâ passione, &c. singulare & incomparabile est experimentum. In Peste, morbo Ungarico, & in omnibus morbis Epidemicis secretum magnum est, quod ad miraculum, ægrotantium testimonio, operari solet; Est enim veneni totius corporis, ut

sum-

Summatim dicam, universalis evacuatio. In Apostemate, Anthrace, Carbunculo, Pleurisi verâ, dosis una administretur; deinde exactis quinque horis alteram exhibe, & qui illam horam attingit, ut tertiam dosin accipiat, de felici restitutione nequaquam dubitet. Si autem æger medicamentum vomitu rejiciat, mox illud repetendum; immò etsi illud retineat, semel exhibere non sufficit; sed ut venenum, pestilens planè è corpore ejiciatur, omninò necessarium est, Alexipharmaca & sudorifera intrâ biduum quinquies vel sexies repetere: Quod cum sæpè negligatur, quam plurimi, qui servari possant, moriuntur, & nobilissima etiam remedia infamantur. Inter sudandum æger reficiatur Cons. Rosar. vitriolat. Aretos. Rob Ribium, Succo & Syrup. Citri, Granator. aq. cordialibus & similibus &c. & à somno æger absteineat, donec bis sudaverit. Finito sudore linteis mundis & moderatè calentibus totum corpus exsicceetur, diligenterque videndum ne aëre frigido occurrente venenum expulsus intro recedat; linteamina quoque & tegumenta lectorum mutantur: Si autem æger sudore defatigatus fuerit, utatur cibis confortantibus & reficientibus, ut ovis recentibus, jusculis carniū, Pisanâ, & alijs, qui sunt molles & in parvâ quantitate multum nutriunt. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. Verum correptus Peste, sive extremè desperatus, statim ab initio Drach. s. vel Scr. ij. ex aq. Corn. Cervi nost. vel Theriacali, aut Card. benedicti, aut alio appropriato vehiculo assumat & sudet; potentissimè venenum è centro foras vi suâ diaphoreticâ pellit: videbitis enim totum corpus sudore diffuere. Pro quo divino auxilio nomen Domini sit benedictum.

## AUREA HADRIANA.

℞ *Extractorum sequentium cum aceto distillato*  
*factorum;*

*Theriaca Venet.**Mithridatij**Gran. Alkermes*

ana Unc. j.

*Rad. Anthora**Enula camp.**Angelica*

ana Unc. s.

*Scordij veri**Croci orient.**Uvar. Lupinor.*

ana Drach. iij.

*Corn. Cervi & Alcis spagyricè calc.**Bol. rub. cum Suc. Citri præp.**Terra Sigillata**Lap. Bezoar. or.**Diaphoretici min.**Bezoart. Jovial.*

ana Drach. ij.

*Hyacinth. præp.**Smarag. præp.**Sal. Absinthij pont.**Card. Bened.**Centaur. min.* ana Drach. js.*Mag. Perlar. or.**Corall. or. rub.**Oc. Cancr*

ana Drach. j.

*Off. de Corde Cervi**Serpentum**Unicorn. Animal.**Ext. Lig. Aloës*

ana Drach. s.

*Ol. Stil. Succini alb. rect.**Camphora**Zedoaria**Rosar. veri*

ana Scr. j.

*Caryophyllorum*

*Cinamomi**Citri rectif.**Angelica**Ruta*

ana Scr. s.

Extracta misce diligenter, ut invicem bene uniantur, & postquam probè mixta fuerint, adde olea reliquosq; pulveres tenuissimè tritos; quos paulatim insperge, tepidè miscendo informam extracti.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**ntidotus hæc à pretio & virium præstantiâ Aurea dicitur, & in virtute & operatione Bezorartico nostro Solari quam proximè accedit & paratu etiam est facilior. Imprimis contra Pestem, morbos Epidemicos, & adversus omnia venenorum genera, præstantissimum est remedium. Quicumque enim in Peste hanc medicinam usurpaverit, eamque retinuerit, & desuper sudaverit, post Dei pioventuriam, evadet. Infectus autem utatur à Drach. s. ad Drach. j. in summâ necessitate, & in lecto operatio expectetur; & somnus, dum sudant, inhibendus, quem Medici quam plurimi ante 24. horarum spacium, præsertim Anthrace & Bubo, apparentibus, non concedunt; qui tamen, cum vires restauret, & in somno ad exteriora potius quam interiora calor feratur, non ultrà modum inhiberi debet: Neq; ægri per vim ad sudores, nisi spontè erumpant, impellendi; cum & sine cò, ex hujus Alexiterij usu, per insensilem transpirationem, fiat evacuatio & pestifera illa vis retundatur, quod in omnibus Diaphoreticis exhibitis observandum. Insuper Epilepticis, Apoplecticis, Hæmicranicis, Cephalicis, Vertiginosis, Spasmaticis, Paralyticis & Melancholicis benefacit Asthmaticis, Cardiacis, Lienosis, Hepaticis, Hydropticis, Hæmoptoicis, Dysentericis, Cæliacis, Colicis, Ischiaticis, Podagricis; nec non Febribus Quotidianis, Tertia-

nis, & Quartanis præfenti est auxilio. Dosis à Scr. s. ad Scr j.  
& Drach. s. in vehiculis appropriatis & specificis.

### EXT. PANCHTMAGOGON.

Rx. *Fol. Senæ elect.*

Unc. viij.

*Pulp. Colocynthid.*

*Rad. Turbith. alb.*

*Hellebori nigri*

ana Unc iij.

*Mechacanna*

*Hermodaët. alb.*

*Elaterij veri*

*Jalappæ resinof.*

ana Unc. iij.

*Aloës rosatæ*

*Rhabarb. elect.*

*Bac. Ebuli*

ana Unc. ij.

F. secundum artem spagyricam extractum justæ consentiæ, cui adde:

*Scammonij rosat.*

*Acidi Tartari*

ana Unc. j.

*Ol. Caryophyllor.*

*Cinamomi*

*Fanicul*

*Mastichis*

*Chamomille*

*Arantiorum*

*Macis*

ana Scr j.

Misc. & in formâ pilulari ad usum repone.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**C**Atharticum est universale omnique ætati utile: Quia tam in genere quam in specie omnes superabundantes & molestantes humores, quibuscunque corporis partibus & anfractibus delitescentes, suaviter & citra ullam nauseam

expurgat. Dosis à Scr. j. ad Scr. ij. & Drach. j. præsertim in robustioribus.

## EX F. POLYCHRESTUM.

|     |                                      |                |
|-----|--------------------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Aloës rosatæ</i>                  |                |
|     | <i>Fol. Senæ elect.</i>              | ana Unc. iiij. |
|     | <i>Hermodact. alb.</i>               |                |
|     | <i>Turbith. alb. &amp; gum.</i>      |                |
|     | <i>Jalappa</i>                       | ana Unc. iij.  |
|     | <i>Hellebori nigri</i>               |                |
|     | <i>Mechaocanna</i>                   |                |
|     | <i>Troch. Alhandel</i>               | ana Unc. ij.   |
|     | <i>Gum. Peruviani</i>                |                |
|     | <i>Myrrha rub.</i>                   |                |
|     | <i>Mastichis elect.</i>              |                |
|     | <i>Ammoniaci</i>                     |                |
|     | <i>Sagapeni</i>                      |                |
|     | <i>Opopanacis</i>                    |                |
|     | <i>Sarcocolle</i>                    | ana Unc. j.    |
|     | <i>Agarici trochiscat.</i>           |                |
|     | <i>Bac. Ebuli exsic.</i>             |                |
|     | <i>Rhabarb. elect.</i>               | ana Unc. j.    |
|     | <i>Myrob. Citrinor. &amp; Inder.</i> |                |
|     | <i>Polypodij quercin.</i>            |                |
|     | <i>Epithymi opt.</i>                 |                |
|     | <i>Sem. Cymini</i>                   |                |
|     | <i>Flor. Stachad. Arab.</i>          | ana Unc. s.    |
|     | <i>Castorei veri</i>                 |                |
|     | <i>Spica Indica</i>                  |                |
|     | <i>Caryophyllor.</i>                 | ana Drach. ij. |

Mixta extrahantur l. a. opt Sp. V & fiat justæ consentiæ Extractum propilulis nostris polychrestis,

*Vires*

*Vires, Usus, Dosis.*

**V**ocatur polychrestum, quod ad multos affectus corporis præter naturam sit utile & omnes humores purget. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. per se vel cum alijs Catapotijs mixtis. Acuitur cum Scammonio nostro rosato.

EXT. SPECIFICUM HTDRO-  
PICUM :

Rx. *Sac. inspiss. rad. Ileos nost.*  
*Elaterij veri* ana Unc. viij.

Misc. & Sp. Vini in quo Spec. Diarrhod. Abbat. maduerint, s. a. extrahe, & extractionem seorsim custodi; deinde :

Rx. *Pulp. Colocynthid.*  
*Rad. Turbith. alb. & Gum.*  
*Hellebori nigri* ana Unc. 4.  
*Rhabarbari elect.*  
*Jalappa gummos.*  
*Mechaocanna* ana Unc. ij.  
*Cort. int. rad. Sambuci*  
*Juglandis*  
*Frangula* ana Unc. j.  
*Herb. Gratiola*  
*Fumaria*  
*Gran. Cocognidij*  
*Bac. Ebuli* nua Drach. vj.

Misc. & similiter cum Sp. V. rectific. in quo prius Spec. Diacubebæ maduerint, extrahantur : postea omnes extractiones mixtæ in lento B. calore abstrahantur, quoad crassamentum instar pultis in fundo relinquatur ; & tunc demum adde :

*Mag.*

*Mag. Ghittajemon**Scammonij rosati* ana Unc. j.*Tartari vitriolati**Hyacinth. præp.* ana Unc. s.*Croci Metallor. Absynthiac.**Mercurij vitæ* ana Drach. ij.*Spirit. Vitrioli rect.* Drach. j.

Hæc omnia subtilissime & seorsim pulverisata incorporentur fideliter & circa finem immisce: oleor. Cynamomi, Caryophyllor. Macis, Chamomillæ, Arantior. Mentæ crisp. ana Drach. s. Et fiat s. a. Extractum seu massa justæ consistentiæ.

*Vires, Usus, Dosis.*

Specificum est Hydropicum; principaliter enim ad ferosum Hydropicorum excrementum purgandum, omnes superfluas humiditates expellendum, aquam flavam emittendam, & materiam tumoris discutiendam inventum & accommodatum est. Morbos etiam omnes ab humore falso & usto natos; Elephantiasin, Psoram, Leporam, Cancrū, Impiginem, Serpiginem, Ulcera maligna & fistulosa præcaver & curat. Exhibetur in aurorâ matutinali, & cum cautelâ, quoniam est Catharticum forte, phlegma, pituitam, seu aquositatem omnem à toto corpore validissime purgans.

## EXTRACTUM DIASENÆ.

℞. *Fol. Senæ elect.* Unc. iiij.*Rad. Jalappæ**Polypodij* ana Unc. s.*Agarici alb.* Unc. ij.*Hellebori nigri præp.**Rhabarb. elect.* ana Unc. j.*Sem. Faniculi* Unc. s.

*Cinamomi*  
*Schananth.*  
*Zingib. alb.*  
*Zedoaria*

ana Drach. ij.

ana Drach. j.

Macerentur in s. q. aq. ad tepidum calorem, extrahatur aqua & affundatur nova, donec tota virtus sit educta: Evaporentur secundum artem ad mellis crassitiem, cui misce Ol. Anisi & Caryophyllor. ana Scr. j. Et f. Extractum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**st purgans utilissimum in omnibus constitutionibus, præsertim Melancholicis &c. Dosis à Drach. j. ad Scr. iiij.

### EXT. SPECIFICUM EMETICUM.

*Rx. Spec. Diarrhod. Alb.*

Unc. js.

*Rad. Asari recent. exsic.*

*Bryonia*

*Cyclamin.*

ana Unc. j.

*Cort. int. rad. Frangula.*

*Rhabarbar. opt.*

*Suc. Glycyrrhiz.*

*Mastichis elect.*

ana Unc. s.

Ex. his cum Sp. V. tincturam in digestionem, ut decet, aliquoties in die movendo, extrahe & seorsim custodi; deinde:

*Rx. Rad. Esula min. præp.*

*Helleb. alb. præp.*

ana Unc. viij.

Incisis & mediocriter tritis Spiritus superior tinctus superaffundatur, atque in lento balnei calore per 14. dies macerentur; postea Spiritum per inclinationem aufer, & recentem affunde, tam diu, donec omnis essentia extracta sit. Ultimò Sp. Vini verè tinctum simulque mixtum s. c. spagy-

ricam

ricam abstrahere, usquedum in fundo instar mellis appareat;  
& tunc adde:

*Sal. Vitrioli alb.*

Unc. s.

*Gum. Ghattajemou*

*Tartari vitriolati*

ana Drach. iij.

*Ol. Caryophyllorum*

*Cinamomi*

*Nuc. Moschat.* ana Scr. j.

Misce denuo & f. l. a. Extractum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**st specificum Emeticū, & operatur variè per vomitum  
& secessum in omnibus Febribus, dolore Capitis, Ar-  
thritide, Podagrâ, Ictericâ, Hydrope, Epatis & Lienis ob-  
structionibus; nec non in appetitu corrupto & debilitato  
ventriculo &c. valdè efficax est: Nihil enim pravi in illo  
relinquit, sed omnes impuros & peccantes humores radici-  
tùs evellit, nec quicquam infert nocumenti. Dosis habitâ  
ratione complexionis & sexus a Scr. j. ad Drach. s. in liquore  
convenienti vel in formâ pilulari non longè à pastu; tunc  
enim minori molestiâ vomitum movet.

## EXT. SPECIFICUM COLICUM.

*Rx. Flaved. Cort. Arantior.*

Unc. vj.

*Spec. Diacymini*

*Gran. Juniperi*

ana Unc. iij.

*Rad. Enula camp.*

*Pimpinella*

*Caryophyllata*

*Zedoaria*

ana Unc. iss.

*Sem. Carefolij*

*Bac. Lauri exc.*

*Herb. Serpilli*

## SECTIO III.

Majoran.

Suc. Glycyrrhiz. ana Unc. j.

Cardamomi min.

Croci orient ana Drach. vj.

Misc. & extrahuntur Sp. Vini, quem postea in B. M. ad  
spissitudinem mellis abstrahe & adde.:

Nitri vitriolati Drach. iij.

Corn. Cervi spagyricè calc.

Tali Leporini &amp; suilli calc. ana Drach. ij.

Succini alb. præp.

Mag. Corallorum

Lap. Carphonis ana Drach. js.

Diaphoretici mineral.

Bezoart. Jovialis

Lap. Bezoar. or.

Lact. Sulphuris ana Drach. j.

Sp. Salis rectific. Drach. s.

Misc. & fiat secundum artem Chymicam Extractum  
qui denuò immittetur:

Ol. Carminativi noster Drach. iij.

Angelica

Caryophyllor.

Succini alb.

Maslichis

Macis

Cinamomi

Citri

ana Scr. j.

Omnia bene incorporentur & tandem Extractum ad  
usum reponatur.

Vires, Usus, Dosis.

**H**Oc specificum Colicum, valet propriè ad Colicam &  
Iliacam passionem ex causâ frigidâ, humidâ & flatuosâ

ortam.

ortam; quoniam depositis prius alvi excrementis, in vehementissimis & gravissimis intestinorum doloribus sedandis, secretum est. Crassos enim & lentos humores tenuat & flatus dissipat. Hypochondriorum & ventriculi distensionem & inflationem placat. Pectoris refrigerationi & viscerum imbecillitati opitulatur. Senibus & quartanariis confert. Stomachi concoctionem juvat & tartarum in intestinis resolutum virtuosissimè expellit. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. in aq. nostrà contra Colicam vel in alià appropriatà.

## EXT. SPECIFICUM UTERINUM.

R. *Bac. Sambuci exsic.*

*Chamaeactes* ana Unc. iiij.

*Rad. Peoniae debite collect.*

*Artemisia rub.*

*Dictam. alb.*

*Bryonia* ana Unc. ij.

*Visci quercini*

*Sem. Ameos*

*Herb. Pulegij*

*Melissa rec. exsic.*

*Cassia lignea* ana Unc. j.

*Croci orient.*

*Castorei veri* ana Unc. s.

Misce, & extrahe cum Sp. Vini tincturam & sepe spiritum ad remanentiam extractorum; postea adde:

*Sang. Porci in clibano exsiccati & cum aq.*

*Hysteric. prap.* Unc. s.

*Bezoart. Jovialis* Drach. ij.

*Mag. Jovis Anglic.*

*Matris Perlar.*

*Corallorum* ana Drach. js.

Ol.

*Antophyllorum**Angelica**Succini albi**Arantiorum*

ana Drach. j.

Denuò misce &amp; fiat Extractum, quod ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**N**ON habemus Uterinum secretus: Quia in suffocatione matricis, ubi omnia irrita & quasi desperata sunt, est medicina saluberrima; Hujus enim ferocissimi affectus causam abscindit & omnes vel deploratissimas mulierum præcipitationes & strangulationes uteri ob spermatis retentionem, aliasque causas quàm plurimas sistit, & matricis motum perfectè sedat. Dosis hujus specifici Uterini est à Scr. j. ad Drach. s. tribus aut quatuor diluculis continuis in aq. nostrâ hystericâ vel aliâ convenienti; utpote: *Artemisiæ, Melissæ, Matricariæ, pulegij* &c.

### LAUDANUM OPIATUM.

R. *Opij Thebaici Sbagyrice præp.* Unc. ij.*Suc. Flor. Papav. errat. inspiss.* Unc. j.*Rad. Cynaglossæ**Mumia transmar.**Syrac. calamit.**Suc. Glycyrrhizæ**Croci orient.*

ana Unc. s.

Cum Sp. V. extrahe tincturam cujusque seorsim, præter opium, quod vel acetò distillato vel suc. Citri extrahendum; postea tincturæ extractiones in lentissimo Balnei calore ad spissitudinem mellis abstrahæ & adde:

*Ext. Lap. Bezoar. orient.**Sulph. Anodyn. Vitrioli* ana Drach. ij.*Sal. Margarit. orient.**Coral-*

*Corallor. rub.* ana Drach. j.

*Corn. Alcis Hermeticè calc.*

*Oss. de Cord. Cervi*

*Succini alb. præp.* ana Drach. s.

*Ambra grisea* Scr. j.

*Moschi laudat.* Scr. s.

Omni<sup>bus</sup> exactè incorporatis & mixtis adde:

*Auripotab. nost.* Drach. js.

*Ol. Chamomil. Rom.*

*Arantiorum*

*Caryophyllor.*

*Absinthij*

*Nuc. Moschat.*

*Anethi*

*Citri rect.*

*Anisi*

*Caruæ* ana Scr. s.

Denuò misce, & ex his, secundum artem Chymicam, fiat Massa pilularis seu extractum.

*Vires, Ufus, Dosis.*

**I**N sistendis omnibus humorum & catarrhorum profluvijis, sanguinis & menstruorum excretionibus: In vigilijs & inquietudinibus immodicis, & in omnibus febrium generibus viriumque resolutionibus: In Phrenesi, Maniâ, Melancholiâ, Vomitu, Epilepsiâ, Cardiacâ, Singultu, Colicâ, debilitato Ventriculo, Pleurisi, Arthritide, Gonagrâ, Podagrâ, Ischiasi, Lithiasi & Nephritide. Medicamentum est stupendū: Quia in sedandis omnibus vehementissimis & acutissimis doloribus, divini est auxiliū & quasi ultimū Asylum. Illustrius, præsentius, tutius & secretius Anodynū in Republica spagyricâ vix excogitari potest; testor rerum Medicarum ipsissimam matrem, eandemque Nutricem Experientiam.

rientiam. Propterea ad gloriam Altissimi & proximi ægro-  
tantis salutem hoc solo utere & mecum gratias age. Dosis à  
gran. ij. iij. ad gran. iiij. v. vel vj. quæ vesperi circa introitū  
lecti, corpore inanito & evacuato offerantur: refert autem  
cænameo die omittere, necibus corrumpatur. Et quia Lau-  
danum opiatum hodiè famosissimū & frequentissime usur-  
patur; varium ejus usum hic subnectere placet.

## IN CAPITIS AFFECTIBUS.

## HAUSTUS.

|    |                                                        |                            |
|----|--------------------------------------------------------|----------------------------|
| ℞. | <i>Laudani Opiat.</i>                                  | Gr. iiij. iiij. v. vel vj. |
|    | <i>Aq. Majoranæ</i>                                    | Unc. s                     |
|    | <i>Syrup. Betonica</i>                                 | Drach. ij.                 |
|    | <i>Conf. Smaragd.</i>                                  | Scr. j                     |
|    | <i>Ol. Magaritar. or.</i>                              | gut. iiij.                 |
|    | <i>Feniculi</i>                                        | gut. j.                    |
|    | <i>Sp. Vitrioli q. s. ad gratissimam acetositatem.</i> |                            |

Misc. & f. haustus pro Unâ Dosi.

## ALIUS.

|    |                                    |             |
|----|------------------------------------|-------------|
| ℞. | <i>Laudani opiat. q. v.</i>        |             |
|    | <i>Syrup. è suc. Cerasor nigr.</i> |             |
|    | <i>Aq. Verbenæ</i>                 |             |
|    | <i>Nuc. Moschat. ana</i>           | Drach. ij.  |
|    | <i>Conf. Hyacinthin.</i>           | Scr. j.     |
|    | <i>Sal. Corallor rub.</i>          | gran. iiij. |
|    | <i>Ol. Succini alb.</i>            | gut. j.     |

Misc. & f. haustus pro Una Dosi.

## PILULÆ.

|    |                             |                 |
|----|-----------------------------|-----------------|
| ℞. | <i>Laudani Opiati q. s.</i> |                 |
|    | <i>Mag. Perlar. or.</i>     |                 |
|    | <i>Smarag. præp.</i>        | ana gran. iiij. |

Misc. & cum Ol. Feniculi formentnr pilulæ parvæ de-  
aurandæ pro unâ dosi,

ALIÆ

## ALIÆ.

Rx. *Laudani Opiat. q. s.*  
*Mag. Corallor. rub.*  
*Hyacinth. præp.* ana gran. iij.

Misc. & cum Ol. Succini alb. vel Majoranæ f. Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro unâ dosi.

## BOLUS.

Rx. *Laudani Opiat. q. s.*  
*Conf. Majoran.* Drach. j.  
*Conf. Smaragdina* Scr. j.  
*Spec. Diambra* Scr. s.  
*Elæosach. Cinamomi* q. s.

Ut fiat bolus pro unâ dosi.

## ALIUS.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Conf. Anthos* Drach. j.  
*Conf. Hyacinth.* Scr. j.  
*Spec. Diamosch. dulc.* Scr. s.  
*Ol. Maceris* gut. j.  
*Man. Christiperlat.* q. s.

Misc. & f. bolus pro unâ dosi.

## IN CORDIS AFFECTIBUS.

## HAUSTUS.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Syrup. Limonum* Drach. ij.  
*Aq. Borraginis*  
*Cinamomi*  
*Rosarum*  
*Nymphaeæ* ana Drach. j.  
*Conf. Alkermes*  
*Tinct. Corallorum* ana Scr. s.

Sal. Perlarum or.

gran. iij.

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## A L I U S.

|     |                               |                |
|-----|-------------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>         | q. s.          |
|     | <i>Syrup. Acetosit. Citri</i> |                |
|     | <i>Rubi Idai</i>              | ana Drach. ij. |
|     | <i>Aq. Melissæ</i>            |                |
|     | <i>Buglossæ.</i>              | ana Drach. js. |
|     | <i>Conf. Pretios. nost.</i>   | Scr. j.        |
|     | <i>Tinct. Rubini vera</i>     | Scr. s.        |

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

|     |                                    |                |
|-----|------------------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiati</i>              | q. v.          |
|     | <i>Margarit. trochiscat. nost.</i> |                |
|     | <i>Oss. de Cõrdẽ Cervi</i>         | ana gran. iij. |

Misc. &amp; cum Ol. Maceris fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro unâ dosi.

## A L I Æ.

|     |                                     |              |
|-----|-------------------------------------|--------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>               | q. s.        |
|     | <i>Lap. Quinq. pretiosor. præp.</i> |              |
|     | <i>Bezoar. or.</i>                  | ana gran. j. |

Misc. &amp; cum Ol. Cinamomi fiant Pilulæ parvæ, quæ deaurentur, pro unâ dosi.

## B O L U S.

|     |                                 |           |
|-----|---------------------------------|-----------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>           | q. v.     |
|     | <i>Conf. Borrag. vitriolat.</i> | Drach. j. |
|     | <i>Conf. Alkermes</i>           | Scr. j.   |
|     | <i>Spec. Diamarg. frigid.</i>   | Scr. s.   |

Man. Christi perlat. q. s. ut fiat Bolus pro unâ dosi.

## A L I U S.

|     |                                      |           |
|-----|--------------------------------------|-----------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>                | q. s.     |
|     | <i>Conf. ster. Tunicæ vitriolat.</i> | Drach. j. |

Conf.

*Conf. Citrinost.* Scr. j.  
*Spec. Diarrhod. Abb.* Scr. s.  
*Elaosach Cinamomi q. s. ut fiat Bolus pro unâ*  
*dosi.*

## IN EPILEPSIA, VERTIGINE &c. HAUSTUS.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Syrup. Flor. Paonia*  
*Aq. Lilior. convall.*  
*Epileptica nost.* ana Drach. ij.  
*Conf. Cephalic. nost.* Scr. j.  
*Ol. Cubebæarum*  
*Corn. Alcis* ana gut. j.  
*Sp. Vitrioli q. s. ad gratiam.*  
 Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

## ALIUS.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Syrup. de Betonic.*  
*Aq. Lavendule*  
*Tilia* ana Drach. ij.  
*Conf. Smaragd.* Scr. j.  
*Ess. Camphora* gran. iij.  
*Ol. succini alb.*  
*Corn. Cervi* ana gut j.  
*Elix. Paonia nost. q. s. ad gratiam acetositatem.*  
 Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

Rx. *Laudani Opiat.* q. v.  
*Unicorn. Animal.*  
*Mag. Corallor.* ana gran. iij.

Misc. & cum Ol. Cranij human. f. Pilulæ parvæ deaurandæ, pro unâ dosi.

## ALIÆ.

Rx. *Laudani Opiat.* q. v.

*Mag Cranij hum.*

*Sulph. Lunæ sic.* ana gran. iij.

Misc. & eum Ol. Ung. Alcis f. Pilulæ parvæ, quæ deaurantur, pro unâ dosi.

## BOLUS.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.

*Conf. fler. Peonia vitriolat.* Drach. j.

*Conf. Smaragdin.* Scr. j.

*Spec. DiaLunæ nost.* Scr. s.

*Ol. Rorismarin.* gut. j.

Misc. & cum Rot. Diambæ s. q. fiat bolus pro unâ dosi.

## ALIUS.

Rx. *Laudani Opiati* q. s.

*Conf. Anthosf.* Drach. j.

*Conf. Cephalic. nost.* Scr. j.

*Spec. Diacranei nost.* Scr. s.

*Ol. Lavendula* gut i.

Misc. & cum Rot. Diamosch. dulc. f. bolus pro unâ dosi.

## IN VOMITU, SINGULTU, ET VENTRICULO DEBILITATO.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.

*Syrup. de Menthâ*

*Aq. Stomachal. nost.* ana Drach. iij.

*Ext. Calami aromat.*

*Sal. Stomach. nost.* ana gran. iij.

*Ol. Nuc. Moscat.*

*Masticis* ana gut j.

*Ext.*

*Elix Vitrioli noſt. q. ſ. ad gratiam.*

Misc. & fiat hauſtus pro unâ doſi.

## ALIUS.

|    |                                                |                 |
|----|------------------------------------------------|-----------------|
| ℞. | <i>Laud. Opiat.</i>                            | q. s.           |
|    | <i>Syrup. Cydoneor.</i>                        |                 |
|    | <i>Aq. Calami aromat.</i>                      | ana Drach. iij. |
|    | <i>Ext. Galang. min.</i>                       |                 |
|    | <i>Nitri vitriolat.</i>                        | anagran. iij.   |
|    | <i>Ol. Caryophyllor.</i>                       |                 |
|    | <i>Menthacriſp.</i>                            | ana gut. j.     |
|    | <i>Elix. Sulphuris noſt. q. s. ad gratiam.</i> |                 |

Misc. & fiat hauſtus pro unâ doſi.

## PILULÆ.

|    |                         |         |
|----|-------------------------|---------|
| ℞. | <i>Laudani Opiat.</i>   | q. s.   |
|    | <i>Spec. Diagalang.</i> | Scr. s. |

Misc. & cum Ol. Salvie fiant Pilulæ parvæ pro unâ vice, quæ deaurentur.

## ALIÆ.

|    |                                    |         |
|----|------------------------------------|---------|
| ℞. | <i>Laudani Opiat.</i>              | q. s.   |
|    | <i>Spec. Aromat. Caryophyllat.</i> | Scr. s. |

Misc. & cum Ol. Absynthij fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro unâ doſi.

## BOLUS.

|    |                           |             |
|----|---------------------------|-------------|
| ℞. | <i>Laudani Opiat.</i>     | q. s.       |
|    | <i>Zingiberis condit.</i> | Drach. j.   |
|    | <i>Acori condit.</i>      | Drach. s.   |
|    | <i>Ol. Maſſichis</i>      |             |
|    | <i>Zedoariæ</i>           | ana gut. j. |

Misc. & cum Rot. Diagalang. fiat bolus pro unâ doſi.

## ALIUS.

|    |                           |           |
|----|---------------------------|-----------|
| ℞. | <i>Laudani Opiat.</i>     | q. s.     |
|    | <i>Conſ. Mente criſp.</i> | Drach. j. |

## SECTIO III.

*Dyacydon. aromat.* Drach. s.

*Ol. Cinamomi*

*Calami aromat.* anagut. j.

Misc. & cum Rot. Aromat. Caryophyllat. fiat Bolus pro unâ dosi.

IN MELANCHOLIA, MANIA, ET  
PIRENESE &c.  
HAUSTUS.

R. *Laudani Opiat.* q. v.

*Julap. Basilic.*

*Aq. Bugloss.* ana Drach. iij.

*Spir. Terræ sigillat.*

*Ess. Hyperici* ana Scr. j.

*Elix. proprietatis q. s. ad gratiam.*

Misce & fiat haustus pro unâ dosi.

ALIUS.

R. *Laudani Opiat.* q. v.

*Aq. Melissæ* Unc. s.

*Syrup. Bugloss.* Drach. ij.

*Conf. Citri nost.* Drach. s.

*Ess. Croci or.* Gr. iij.

*Tinct. Smaragd.* Scr. s.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

PILULÆ.

R. *Laudani Opiat.* q. v.

*Sulph. Lunæ sic.*

*Mag. Perlar. or.* ana Gr. iij.

Misc. & cum *Ol. Cinamomi* f. Pilulæ deaurandæ pro unâ dosi.

ALIÆ.

R. *Laudani Opiat.* q. s.

*Pul. Testudinis combust.*

*Mag.*

*Mag. Corallor. rub.* ana *Gr. iij.*

Misc. & cum Ol. Stil. Rosar. fiant Pilulæ parvæ, quæ  
deurentur pro unâ dosi.

## B O L U S.

|            |                               |                    |
|------------|-------------------------------|--------------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Laud. Opiat.</i>           | <i>q. s.</i>       |
|            | <i>Conf. Hyacinth.</i>        | <i>Drach. j.</i>   |
|            | <i>Ess. Hyperici</i>          | <i>Scr. j.</i>     |
|            | <i>Spec. Diamargar. frig.</i> |                    |
|            | <i>Eleosach. Citri</i>        | ana <i>Scr. s.</i> |

Misc. & cum Man. Christi perlat. s q. fiat Bolus pro  
unâ dosi.

## A L I U S.

|            |                           |                    |
|------------|---------------------------|--------------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Laud Opiat.</i>        | <i>q. s.</i>       |
|            | <i>Conf. Smaragd.</i>     | <i>Drach. j.</i>   |
|            | <i>Ess. Hyperici</i>      | <i>Scr. j.</i>     |
|            | <i>Tinct. Corallorum</i>  |                    |
|            | <i>Eleosach. Cinamomi</i> | ana <i>Scr. s.</i> |

Misc. & cum Rot. Diarrhod Abb s q. fiat Bolus pro  
unâ dosi.

IN OMNIUM FEBRIUM GENERE.  
HAUSTUS.

|            |                                |                   |
|------------|--------------------------------|-------------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Laudani Opiat.</i>          | <i>q. s.</i>      |
|            | <i>Aq. Card. Benedict.</i>     | <i>Unc. j.</i>    |
|            | <i>Syrup. de Centaur. min.</i> | <i>Drach. ij.</i> |
|            | <i>Sal. Febril. nost.</i>      | <i>Scr. j.</i>    |
|            | <i>Ext. Zedoarie</i>           | <i>Scr. s.</i>    |

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

## A L I U S.

|  |                            |                   |
|--|----------------------------|-------------------|
|  | <i>Laudani Opiat.</i>      | <i>q. v.</i>      |
|  | <i>Aq. Febrifug. nost.</i> | <i>Unc. j.</i>    |
|  | <i>Syr. de Absinh.</i>     | <i>Drach. ij.</i> |
|  | <i>Elix. Febril. nost.</i> | <i>Scr. j.</i>    |

## SECTIO III.

*Ext. Caryophyllor.*

Scr. s.

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

R̄. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Sal. Febril. nost.*

Scr s.

Misc. &amp; cum Ol. Absinthij fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro unâ dosi.

## ALIÆ.

R̄. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Nitri vitriolat.*

Scr. s.

Misc. &amp; cum Ol. Camphoræ fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro unâ dosi.

## BOLUS.

R̄. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Theriac. Febril. nost.*

Drach. j.

*Zingib. condit.*

Drach s.

*Spec. Febrifug. nost.*

Scr. j.

*Elaosach Myrrhe*

Scr s.

Misc. &amp; cum sachari candi alb. fiat bolus pro unâ dosi.

## ALIUS.

R̄. *Laud. Opiati*

q. s.

*Theriac. Febril. nost.*

Drach. j.

*Calami Aromat. condit.*

Drach. s.

*Sal. Fibril. nost.*

Scr. j

*Elaosach. Ruta*

Scr s.

Misc. &amp; cum Rot. Diarrhod. Alb. fiat bolus pro unâ dosi.

## IN MORBIS PECTORALIBUS, TUSSI,

ASTHMA TE, PHTHISI &amp;c.

## HAUSTUS.

R̄. *Laudani Opiat. q. s.**Syr. de Glycyrrhiz.*

DE EXTRACTIS.

81

De Præssio ana Drach. js.

Aq. Loch. sani

Hyssopi

Feniculi

ana Drach. j.

Elaosach. Anisi

Scr. s.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

A L I U S.

Rx. Laud. Opiati

q. s.

Aq. Marrubij

Tussilag.

Veronica

ana Drach. js.

Syr. de Hyssopo

De Jujubis

ana Drach. j.

Rob. Nucum

Drach. s.

Elaosach. Feniculi

Scr. s.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

P I L U L Æ.

Rx. Laudani Opiat.

q. s.

Flor. Sulphuris comp.

Bentzoni.

ana Gr. iiij.

Misc. & cum Ol. Salvix fiant Pilulæ deaurandæ pro unâ dosi.

A L I Æ.

Rx. Laudani Opiat.

q. s.

Lact. Sulphuris

Tragacanth alb.

ana Gr. iiij.

Misc. & cum Ol. Chamomillæ formentur Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro unâ dosi.

B O L U S.

Rx. Laudani Opiat.

q. s.

Conf Pectoral. nost.

Drach. j.

Lob. Sani & exp.

Drach. s.

L

Suc.

*Suc. Glycyrrhiz. ext.**Elaeosach. Faniculi* ana Scr. s.*Ext. Croci or.* Gr. iij.

Misc. & cum Rot. Dialreos simpl. fiat Bolus pro unâ  
dosi.

## A L I U S.

℞. *Laudani Opiat.* q. s.*Cons. Violarum* Drach. j.*Lob. de pino* Drach. s.*Spec. Diasulphuris nost.* Scr. j.*Ext. Enule camp.**Elaeosach. Anisi* ana Scr. s.

Misc. & cum Man. Christi simpl. s. q. fiat Bolus pro unâ  
dosi.

IN SISTENDIS OMNIBUS DEFLUXIO-  
nibus omnium Humorū & Catharrhorum tenuium, è  
capite in asperam arteriam perpetuâ tussii in somni-  
am parientium.

## HAUSTUS.

℞. *Laudani Opiat.* q. s.*Aq. Cort. virid. jugland.**Scabiosa* ana Drach. ij.*Syr. de Papav. errat.* Drach. js.*Rob. Nucum* Drach. j.*Mag. Corallor. tingent.**Elaeosach. Nuc. Moschat.* ana Scr. s.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

## A L I U S.

℞. *Laudani Opiat.* q. s.*Aq. Serpilli Benedict. nost.* Unc. s.*Syr. de jujubis* Drach. ij.*Diacodij crocat. nost.* Drach. j.*Elaeo-*

*Eleosack. Cubebæ.*

Scr. s.

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## ALIUS.

## IN CAUSA VALDE CALIDA.

℞. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Vini Granator.*

Unc. s.

*Aq. Rosarum*

Drach. ij.

*Syrup. de Papav. simpl.**Diamor.*

ana Drach. js.

*Nitri vitriolat.*

Gr. iiij.

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat.*

q. v.

*Mag. Sandaraca**Smaragd. præp.*

ana Gr. iiij.

Misc. &amp; cum Ol. Mastichis fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro unâ dosi.

## ALIÆ.

℞. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Mag. Mastichis**Succini alb. præp.*

ana Gr. iij.

Misc. &amp; cum Ol. Thuris formentur Pilulæ parvæ, quæ deurentur pro unâ dosi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Conf. Flor. Scabiosæ*

Drach. j.

*Lob. de Papav. simpl.*

Drach. s.

*Spec. Diatreos simpl.*

Scr. j.

Misc. &amp; cum Diacodio solido fiat Bolus pro unâ dosi.

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Conf. Flor. Papav. errat.*

Drach. j.

*Rob de Cornis*

Drach s.

*Spec Diamarg frig.*

Scr ij

Misce & cum Sachar. penidij s. q fiat Bolus pro unâ  
dosi.

## IN OMNIBUS PROFLUVIIS INTE- STINORUM.

### HAUSTUS.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Aq. Tormentilla* Unc. s.  
*Syr. Stiptici nost.* Drach ij  
*Ess. Flor. rub. urticæ mort.* Scr j  
*Ext. Rad. Bisfortæ*  
*Eleosach Nuc. Moschat. ana* Scr s.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

### ALIUS.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Aq. plantaginis* Unc. s.  
*Syr. Cydonæor.* Drach ij  
*Ess. Balaustiæ.* Scr. j  
*Ext. Tormentilla.*  
*Eleosach. Caryophyllor. ana* Scr s.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

### PILULÆ.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Mag. Corallor. ting.*  
*Croci Martis* ana Gr. iiij.

Misc. & cum Ol. Mastichis fiant Pilulæ parvæ pro unâ  
dosi, quæ deaurentur.

### ALIÆ.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Mag. Gum. Arabici*  
*Corn. Cervi usli & præp. ana* Gr. iiij.

Misc.

Misc. & cum Ol. Salviæ fiant Pilulæ parvæ inaurandæ,  
pro unâ dosi.

## BOLUS.

|     |                       |             |
|-----|-----------------------|-------------|
| Rx. | Laudani Opiat.        | q. s.       |
|     | Conf. Rosar. antiq.   | Drach. j.   |
|     | Conf. Narcotic. nost. | Scr. j.     |
|     | Spec. DiaMartis nost. |             |
|     | Elæosach. Arantior.   | ana Scr. s. |

Misc. & fiat cum Rot Diarrhod Abb. s. q. Bolus pro  
unâ dosi.

## ALIUS.

|     |                       |             |
|-----|-----------------------|-------------|
| Rx. | Laudani Opiati        | q. s.       |
|     | Conf. flor. Symphyti  | Drach. j.   |
|     | Conf. Stipticæ nost.  | Drach. s.   |
|     | Spec. Diaplang. nost. |             |
|     | Elæosach. Citri       | ana Scr. s. |

Misc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro unâ  
dosi.

IN SANGUINIS EXCRETIONE ET  
menstruorum nimia evacuatione.

## HAUSTUS.

|     |                 |              |
|-----|-----------------|--------------|
| Rx. | Ligni Brasili j | M. j.        |
|     | Gum. Arabic.    | Drach. ii j. |

Coq. in diplomate cum vini albi. s. q.

|     |                |         |
|-----|----------------|---------|
| Rx. | Colatura claræ | Unc. j. |
|     | Laudani Opiat. | q. s.   |

Syr. Cydoniorum

Diacodij crocat. ana Drach. ij.

Mag. Corallor. tingent.

Ess. Croci Martis ana Scr. s.

Elæosach. Caryophyllor. Gr. iiij.

Reb. Berber. q. s. ad gratum saporem.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

A L I U S.

℞. Rad. Tormentilla  
Serpentaria  
Cichorei ana Drach. j.

Ras. Corn. Cervi  
Anthera Rosarum  
Sem. Plantaginis  
Acetosa ana Drach. s.

Herb. Bursa Pastor.  
Hepatica aur.  
Sanguisorb. ana Scr. j.

Flor. Millefolij  
Rosar. rub.  
Anthos ana Scr. s.

Sebesten Nr. ij.

Coq. in diplomate cum vini rub. Stiptici s. q.

℞. Colatura clara Unc. js.

Laudani Opiat. q. s.

Syr. Papav. errat.

De Symphito ana Drach. ij.

Ess. Sang. Draconis Scr. j.

Elaeoch. Nuc. Moschat. Scr. s.

Rob. Ribium q. s. ad gratiam.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

A L I U S.

In Mensibus superfluis expertissimus.

℞. Laud. Opiat. Gran. v.

Aq. Bursa Pastoris Unc. js.

Rob. Sambuci Drach. iij.

Sal. Prunella Scr. ij.

Ext. Tormentilla Scr. s.

*Camphora*

Gr. iiij.

Misce &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. s.*Bol. rub or. præp.**Mag. Corallor. ting.* ana Gr. iiij.Mise. & cum Ol. Roxismarini fiant Pilulæ inaurandæ  
pro unâ dosi.

## ALIÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. s.*Ulnæ pruni sylvest.**Mag. Matris Perlar.* ana Gr. iiij.Mise. & cum Ol. Salvix f Pilulæ parvæ deaurandæ  
prounâ dosi.

## BOLUS.

℞. *Laud. Opiat.* q. s.*Corn. Cydoneor. cond.* Drach j.*Troch. de Spodio* Scr. j.*Pulv. Oss. Sepia**Elaosach. Zedaria* ana Scr. s.Mise. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro unâ  
dosi.

## ALIUS.

℞. *Laud Opiat.* q. s.*Rad. Symphiti condit.* Drach j.*Troch. de Terrâ Sigillat.* Scr. j.*Succini alb præp.**Elaosach. Nuc. Moscat.* ana Scr. s.

## IN COLICA ET ILIACA PASSIONE, &amp;c.

## HAUSTUS.

|     |                                    |           |
|-----|------------------------------------|-----------|
| Rx. | <i>Cons. Rosar. rub.</i>           | Unc. j.   |
|     | <i>Rad Zedoaria</i>                | Drach j.  |
|     | <i>Coq. in aq. Chamomilla</i>      | Unc iiij. |
| Rx. | <i>Colatura clara</i>              | Unc js.   |
|     | <i>Laudani Opiat.</i>              | Gran. vj. |
|     | <i>Syr. Arantiorum</i>             | Drach ij. |
|     | <i>Ext. Colici nost.</i>           | Scr. j.   |
|     | <i>Elaosach. Carminativ. nost.</i> | Scr. s.   |

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## ALIUS.

|     |                                     |            |
|-----|-------------------------------------|------------|
| Rx. | <i>Laud. Opiat.</i>                 | q. s.      |
|     | <i>Aq. Serpill. nost. Benedict.</i> | Unc. s.    |
|     | <i>Syr. de Menthá</i>               | Drach. ij. |
|     | <i>Ext. Colici nost.</i>            | Scr. j.    |
|     | <i>Elaosach. Arantior.</i>          | Scr. s.    |

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## ALIUS.

|     |                                          |             |
|-----|------------------------------------------|-------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>                    | q. s.       |
|     | <i>Aq. Carminativ. nost.</i>             | Unc. s.     |
|     | <i>Syr. Cort. Citri</i>                  | Drach ij.   |
|     | <i>Ext. Zedoaria</i>                     |             |
|     | <i>Elaosach. Angelica.</i>               | ana Scr. s. |
|     | <i>Sp. Salis Nitri q. s. ad gratiam.</i> |             |

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

|     |                             |               |
|-----|-----------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>       | q. s.         |
|     | <i>Mag. Lap. Carpion.</i>   |               |
|     | <i>Tali leporini. calc.</i> | ana Gr. iiij. |

Misc. & cum Ol. Succini alb. formentur Pilulæ parvæ  
inaurandæ pro unâ dosi.

ALIÆ.

## A L I Æ.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Lap Bezoar. or.*  
*Tali suilli calc.* ana Gr. iiii.

Misc. & cum Ol Cymini formentur Pilulæ parvæ de-  
 aurandæ pro unâ dosi.

## B O L U S.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Cons. de Menthâ* Drach. j.  
*Ext. Colici nest.* Scr. j.  
*Eleosach. Cinamomi* Scr. s.

Misc. & cum Rot. Dianisi fiat Bolus pro unâ dosi.

## A L I U S.

Rx. *Laudani Opiati* q. s.  
*Cons flor. papav. errat.* Drach. j.  
*Eleosach. Chamomillæ* Scr. j  
*Nitri vitriolati* Gr. iiii.

Misc. & cum Rot Diacymini fiat Bolus pro unâ dosi.

## I N D O L O R E P L E U R I T I C O.

## H A U S T U S.

Rx. *Laud. Opiati* q. s.  
*Aq. flor. papav. errat.* Unc. s.  
*Syr. Capil. Veneris* Drach. ij.  
*Ext. Rad. Glycyrrhiz.* Scr. j.  
*Eleosach. Anisi* Scr. s.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

## A L I U S.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Aq. Card. Mariæ* Unc. s.  
*Syr. de Jujubis* Drach. ij.  
*Ess. flor. Papav. errat.*  
*Eleosach. Feniculi* ana Scr. s.

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.

*Mandib. Lucij*

*Dent. Aprugni*

ana Gr. iiij.

Misc. & cum Ol. Bentzoin. fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro unâ dosi.

## ALIÆ.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.

*Flor. Sulphuris comp.*

*Suc. Glycyrrhiz. ext.* ana Gr. iiij.

Misc. & cum Ol. Hyssopi formentur Pilulæ parvæ inaurandæ pro unâ dosi.

## BOLUS.

Rx. *Laudani Opiat.* q. s.

*Cons. Flor. Papav. errat.* Drach. j.

*Lob. Sani & exp.* Drach. s.

*Spec. Pleuritica nost.* Scr. j.

*Elaosach. Cymini* Scr. s.

Misc. & cum Rot. Diatragacanth. frig fiat Bolus pro unâ vice.

## ALIUS.

Rx. *Laud. Opiat.* q. s.

*Cons. Violarum* Drach. j.

*Diacodij. crocat. nost.* Drach. s.

*Pul. Pleuritic. nost. secret.* Scr. j.

*Elaosach. Chamomille* Scr. s.

Misc. & cum Rot. Dialreos simpl. fiat Bolus pro unâ dosi.

IN DOLORE NEPHRITICO ET  
Arthritico.

HAU.

## HAUSTUS.

|     |                             |            |
|-----|-----------------------------|------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>       | q. s.      |
|     | <i>Aq. Nephritic. nost.</i> | Unc. s.    |
|     | <i>Syr. de Altea</i>        | Drach. ij. |
|     | <i>Sal. Lap. Percar.</i>    | Scr. s.    |
|     | <i>Ol. Perlar. or.</i>      | Gut. iiij. |

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

## ALIUS.

|     |                            |            |
|-----|----------------------------|------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>      | q. s.      |
|     | <i>Aq. Chamadryos</i>      | Unc. s.    |
|     | <i>Syrup. de Malvâ</i>     | Drach. ij. |
|     | <i>Sal. Oc. Cancrî</i>     | Scr. s.    |
|     | <i>Ol. Corallor. rubi.</i> | Gut. iiij. |

Misc. & fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

|     |                          |               |
|-----|--------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>    | q. s.         |
|     | <i>Mag. Lap. Judaicæ</i> |               |
|     | <i>Borrac. Venet.</i>    | ana Gr. iiij. |

Misc. & cum Sp. Terebinth. formentur Pilulæ parvæ inaurandæ pro unâ dosi.

## ALIÆ.

|     |                          |               |
|-----|--------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>    | q. s.         |
|     | <i>Mag. Lap. Spongiæ</i> |               |
|     | <i>Nitri præp.</i>       | ana Gr. iiij. |

Misc. & cum Ol. Petrosellini fiant Pilulæ parvæ quæ de-  
aurentur pro unâ dosi.

## BOLUS.

|     |                              |           |
|-----|------------------------------|-----------|
| Rx. | <i>Laudani Opiat.</i>        | q. s.     |
|     | <i>Cons. Violarum</i>        | Drach. j. |
|     | <i>Rad. Pimpinellæ cond.</i> | Drach. s. |
|     | <i>Spec. Dianitri nost.</i>  | Scr. j.   |

## SECTIO. III.

*Elaosach. Petroselini*

Scr. s.

Misc. &amp; cum Sach. Violac. fiat Bolus pro unâ dosi.

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Cons. Flor. Malvæ*

Drach j.

*Rad. Eryngij condit.*

Drach. s.

*Spec. Nephritic. nost.*

Scr. j.

*Elaosach. Citri*

Scr s.

Misc. &amp; cum Sach. Rosac. fiat Bolus pro unâ dosi.

IN VIGILIIS AC INQUIETUDINIBUS  
IMMODICIS.

## HAUSTUS.

℞. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Aq. Papav. rhead.*

Unc. s.

*Syr. Papav. simpl.*

Drach ij.

*Elaosach. Anisi*

Scr. s.

*Sp. Vitrioli*

Gut. iij.

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi, vesperi exhibendus.

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.*

q. v.

*Aq. Hypnotica nost.*

Unc. s.

*Syr. Flor. Papav. errat.*

Drach ij.

*Elaosach. Feniculi*

Scr. s.

*Ol. Margarit. or.*

Gut. iij.

Misc. &amp; fiat haustus pro unâ dosi.

## PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat.*

q. s.

*Mag. Perlar. or.**Ambra gris.*

ana Gran. iij.

Misc.

Misc. & cum Ol. Styrac. cal. formentur Pilulæ parvæ,  
quæ deaurentur pro unâ dosi.

## A. L. I. Æ.

R. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Mag. Corallor. rub.*  
*Lig. Aloës* ana Gr. iij.

Misc. & cum Ol. Asæ dulc. fiant Pilulæ parvæ inauran-  
dæ pro unâ dosi.

## B O L U S.

R. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Cons. Ror. ar. rub. vitriolat.* Drach. j.  
*Lob. de Papavere* Drach. s.  
*Spec. Diamosch. dulc.* Scr. s.  
*Ext. Croci or.* Gr. iij.

Misc. & cum Rot. Diarrhod. Abb. fiat Bolus pro unâ  
dosi.

## A L I U S.

R. *Laudani Opiat.* q. s.  
*Cons. Violar. vitriolat.* Drach. j.  
*Diacodij crocat.* Drach. s.  
*Spec. Diambræ* Scr. s.  
*Ext. Flor. Elenij* Gr. iij.

Misc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro unâ dosi.

## LAUDANUM MINERALE.

R. *Sulphuris anodynus Vitrioli correcti*  
*& fixi* Drach. ij.  
*Mag. Perlar. or.* Drach. s.  
*Ext. Lig. Aloës*  
*Croci or.* ana Scr. j.

## SECTIO III. DE EXTRACTIS.

Lap. Bezoart. or.

Unicorn. animal. ana Gran. xv.

Ol. Caryophyllorum


Cinamomi

ana Scr s.

Misc. & cum Syr. è suc. flor. Papav. errat. f. l. a massa  
molliuscula.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A** Nodynum est præstantissimum & ad somnum conciliandum accommodatissimum; nec non ad catarrhum sistendum, Coryzam, Tussim, aliosque his succedentes affectus valet: cohibet enim destillationes sive in Thoracem & Pulmones, sive in dentes & aliò procumbant. Dosis à gran. vj. ad gran. viij. & Scr. s. cum conservâ aliquâ, aut liquore conveniente, vel in formâ pilulari.



SECTIO

# SECTIO IV.

DE

## PRÆPARATIS.

CORNU CERVI, ALCIS, CRANEI, &c.

Spagyrica vel sine igne calcinatio & præparatio.

**C**alcinatio hæc commodè in vesicâ perficitur coctione continuâ, mediante aquâ dulci, per cuius vaporem cornu in collo vesicæ, quâ parte maxime attingi & penetrari queat, suspensum, jucundo & miro modo ad perfectam albedinem absque flammis violentis, vires alias exurentibus (ut in vulgari calcinatione fieri solet) calcinatur: Vesicæ autem quarta pars sit vacua, & si inter bulliendum aqua evanescit, affundatur, alia fervida, usque dum fumigatoria hæc calcinatio (quicquid enim hac methodo calcinatur, non immeritò per fumigationem calcinatum dici potest) penitus absoluta fuerit.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**ornu Cervi ita præparatum, vi sua diaphoretica Unicornu æquiparandum, omnibus enim cordis affectibus confert, & contra omnia venena mirifice præstat. Insuper, morbo Regio, Dysentericis, Cæliacis, sanguinem excreantibus, Vesicæ doloribus, vulvæ fluxione laborantibus &c. prodest. Cornu verò Alcis ejusdem ferè efficaciæ est, cordiale nobilissimum, in febribus malignis, aliisque morbis quam plurimis secretum, & sicut Cranium Epilepsiæ, Apoplexiæ, Vertigini &c. singulariter medetur. Dosis a Scr. s. ad Scr. j. & Drach. s. in vehiculo morbum propriè respiciente.

## OPII THEBAICI

Spagyrica &amp; vera præparatio.

Opium Thebaicum verum minutim concisum Laminæ ferræ impone, & super ardentibus prunis tamdiu agitando per se coque, donec omnes venenosi & corrosivi halitus sursum evaporando dispareant: Ubi circumspèctè cavendum, ne quem exhalando inficiant. His autem omnibus evaporatis, opium super laminas relictū, odorem violarum referens invenies, id, quod verum signum omnis, ~~am~~ depulsæ venenositatis: Postea Opium hoc ita præparatum vel aceto Vini distillato, vel succo Citri extrahe, menstruoque rursus evocato, ad usum repone.

## NITRI PRÆPARATIO.

Recipe Nitri per flor. Sulphuris purificat. Lib s. solve in Sp. Vini & Vitrioliana s; q deinde abstrahe Spiritūs, donec crustam nanciscatur, pone in loco frigido, tunc infundo Nitrum in stirias desidet: aufer humiditatem & sicca crystallos concretos, & ad usum reserva.

## MILLEPEDUM SIVE ASELLORUM

## PRÆPARATIO.

Recipe Millepedum q. v. abluantur Vino Malvatico, & in vitro bene clauso, massā panis circumduct. in clibano exsiccentur; exemptis denuo affundatur tantum Vini Malvatici, quantum poterit imbibere, rursusque exsiccentur; tertio repetatur; quarto aq. Nephriticā nostra vitriolatā imbibantur & macerentur per biduum vel triduum: postea exsicca; pulverisa, & ad usum reserva.

## HELLEBORI ALBI PRÆPARATIO.

Recipe Helleborum Album subtiliter pulverisatum, affunde aliquoties acetum à solutione Corallorum rub. rursus abstractum & vitriolatum, in quo tamen prius flor. cordial.

dial. & grana chermes maduerint, iterumque exsicca. Sic habebis Helleborum album optimè & Spagyricè præparatum, quod sine ullâ formidine, in plurimis morbis intra corpus certâ dosi & mixtura tutò exhiberi potest.

## COCHLEARUM TESTARUM

Præparatio.

Recipe cochl. oblongas testas, quæ propè piscinas & lacus reperiuntur, affunde acetum distillatum, stent in infusione per noctem, ad extrahendum mucorem, quem diligenter abrasdes; postea pulverisa, & cum aq. Card. Benedict. in marmore præpara: volatilis enim illarum cinis per calcinationem aliâs factus, nullius est pretij nec operationis in usu medico

## SILICUM FLUVIATILIUM

calcinatio & præparatio.

Silices fluviatiles, albicantes & nitentes, adeoque optimos tibi sume, in igne forti fac candescere, eosdemq; semper aquâ, in qua Sal Armoniacum dissolutum, restingue, & hos candefactionis & restinctionis actûs aliquoties repete; sic niveo tandem colore Silices apparebunt, & in pulverem faciliè redigentur. Pulverem hunc deinde aq. Rosaceâ edulcora, & farinam hanc albißimam ad usum reserva,

*Vires & Usus.*

Pulvis hic, non solum per se, dentifriciû est efficax, quod ab omni tartaro corrosivo, alijsque sordibus dentes de repente purgat, & candidos reddit; Verum etiam à ferro, chalybe, & hinc fabrefactis armis omnè rubiginè ex tempore tollit, eademq; pulchra & nitentia facit; si nempe rubigo antea collinatur & emolliatur oleo Templini, & tum de mû hoc pulvere defricetur. Hoc modo expolita & suspensa arma, plurimos annos à rubiginis infestû & rosione, pura &

N

inte-

integra manent. Et hoc sanè tum pro magnorum principum tum urbium etiam celebriorum armamentarijs medium est non contemnendum.

### LAPIDIS PUMICIS PRÆPARATIO.

Pumex ignitus exstinguatur in lacte vaccino dulci ter, & quartâ vice relinquatur, quousq; in frigidatur absq; aliâ extinctionione; postea pulverifetur & pro farinâ virgineâ nostrâ præparatus est.

### TERRÆ VITRIOLI DULCIS

præparatio.

Recipe vitrioli virid. ad perfectam rubedinem calcinati q. v. pulverisâ & aliquoties aq. pluviali destillatâ edulcora, usq; dum terra rubra ab omni salsedine & acrimoniâ sit libera: postea terram illam dulcem seu insipidam exsicca & ad usum reserva.

### ALUMINIS PLUMOSI CALCINATIONIS & PRÆPARATIO.

|            |                              |            |
|------------|------------------------------|------------|
| <b>Rx.</b> | <i>Salis communis fusi</i>   | partes ij. |
|            | <i>Aluminis plumosi opt.</i> | partem j.  |

Misc. & ponantur in tigillo, & reverberentur l. a. per 12. horas: postea reverberatam materiam exime, & aliquoties aq. calidâ ad salis admixti resolutionem edulcora, donec pulverem absq; omni salsedine liberum habeas. Cui ad eminentiam 3. vel 4. digitorum Spirit. Vini Junip, affunde & ad suos usus reponere.

### LECTORI CORDATO.

**H**Abes hic, cordate Lector, ea duntaxat Arcana Chymica & alia præparata, partim privatâ curâ & propria experientiâ elaborata, partim aliundè (certo tamen modo) huc translata, quæ pro sequentibus compositionibus nostris dispensandis, tibi omninò necessaria; quibus paucis, hac vice, me denuò satisfecisse mihi videor. Ego nihil aliud, quàm  
pro

pro inventis gratiam; pro omiffis verò veniam spero. vel si fas est, reposco. Tu saltem hæc qualiacunq̃ etiam sunt, tam benevolâ quam promptâ manu accipe, tuos ad usus, quando lubet, adhibe, adeoq̃ ad proximi sanitatem tuendam, prudenter impende.

## SECTIO V.

### DE SPECIEBUS ET PULVERIBUS. SPEC. DIASOLIS.

|    |                                                      |                |
|----|------------------------------------------------------|----------------|
| R. | <i>Corn. Cervi &amp; Alcis Spagyricè calcinator.</i> |                |
|    | <i>Terra Sigillatæ</i>                               | ana Drach. js. |
|    | <i>Lap. Bezoar. or.</i>                              | Drach. j.      |
|    | <i>Diaphoret. mineral.</i>                           |                |
|    | <i>Bezoart. Jovial.</i>                              | ana Scr. ij.   |
|    | <i>Mag. Perlarum or.</i>                             |                |
|    | <i>Corallor. rub.</i>                                |                |
|    | <i>Succini alb. præp.</i>                            | ana Drach. s.  |
|    | <i>Unicorn. Solaris</i>                              |                |
|    | <i>Animalis</i>                                      |                |
|    | <i>Off. de Corde Cervi</i>                           | ana Scr. j.    |
|    | <i>Gallie Moschat. vera</i>                          | Gr. xj.        |
|    | <i>Ol. Cinamomi</i>                                  |                |
|    | <i>Curi</i>                                          | ana Scr. s.    |

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N omnibus Epidemicis & Pestilentialibus morbis, Erysipelate, Venenis haustis; nec non in Asthmate, vel periculosis Pectoris angustiis, arcanum est: Core enim tuen-

tur à labe veneni, & ab illo omnia noxia per sudorem expellunt, ejusque vitijs mirè opitulantur. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. in aq. Card. Benedict. Flor. Sambuci, Theriacali vel alijs appropriatis.

## PULVIS BEZOARTICUS

Imperialis.

Rz. *Corn. Alcis & Cervi Spagyricè calcinatorum* ana Drach. iij.

*Boli rub. or. præp.*

*Bezoart. Jovial.* ana Drach. ij.

*Lap. Bezoar. or.*

*Terra Sigillat.* ana Drach. js.

*Flor. Sulphuris comp.*

*Unicorn. animal.* ana Drach. j.

*Mag. Perlarum or.*

*Corallor. rub.* ana Drach. s.

*Cinnab. nativ. præp.*

*Off. de corde Cervi*

*Succini alb. præp.* ana Scr. j.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N omnibus morbis peracutis, Febris ardentibus, malignis & Epidemijs &c. Diaphoreticū insigne est: Omnes enim venenosos & vitiosos humores, à corde & cæteris membris principalibus, per sudorem egregiè pellit. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. in aquis appropriatis sudoriferis, vel in aq. feu decocto rasura cornu Cervi.

## SPEC. DIALUNÆ.

*Rad. & Sem. Paoniae debito tempore collectæ*

*Corn. Alcis Spagyricè calcinat.*

Mag.

*Mag. Cranei* ana Unc. s.

*Anima Luna vera in form. pulv.*

*Bezoart. Lunaris* ana Drach. iij.

*Cinnab. native prap.*

*Visci quercini*

*Squilla prap.* ana Drach. ij.

*Secundina exsic. mulieris primipara filium*

*Stercoris Paponis prap.* ana Drach. js.

*Sal. Perlarum orient.*

*Corallorum rub.* ana Drach. j.

*Castorei veri*

*Piperis longi*

*Cubebarum* ana Scr. j.

*Moschi laudatiss.*

*Ambragris.* ana Scr. s.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus, cui adde:

Ol. *Cornu Cervi rectif.*

*Succini albi*

*Nuc. Moschat.*

*Rosa* ana Scr. s.

Denuo misce & ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**iraculosè Lunaticis, Epilepticis seu Comitialibus, Vertiginosis, Lethargicis, Subethicis, Congelatis, malisq; cerebri frigidis conferunt, & illis, quibus tumultuosa insomnia obversantur & incertis timoribus corripuntur, succurrunt. Dosis in curatione à Scr. j. ad Drach. s. in aq. Epilepticà seu Apoplecticà nostra vel alià conveniente, in ipso paroxismo. In præservatione autem datur in omnibus lunæ quadris & in omni humidà & minus constanti aëris tempestate à Scr. s. ad Scr. j. in aquis supra dictis.

## PULVIS EPILEPTICUS

mirabilis.

Rx. Cranei hominis Strangulati & sine igne  
calcinat. ana Unc. j.

Visci quercini

Cinnabaris factit.

Ung. Alcis

ana Unc. s.

Misce & fiat Pulvis, cujus Scr. s. pueris statim post paroxysmum datur, adultis vero Scr. j. iteretur, certissime liberat.

## PULVIS OPHTHALMICUS.

Rx. Sachari cand. a. b.

Tutia præp.

ana Drach. ij.

Margarita præp.

Sarcocolla

ana Drach. s.

Fabarum marin. præp.

Scr j.

Misc. & fiat Pulvis ocularis subtilissimus.

## Vires &amp; Usus.

**H**ic pulvis in multis oculorum affectibus mihi valdè secretus est: Imprimis autem hebetibus oculis & eorum maculis medetur, & nùbeculas detergit, nec non aquam eò defluentem absumit. Visum acuit. Claritatem facit. Sanitatem oculorum conservat. Tempore autem usus, exigua pars hujus pulveris ex canaliculo pennæ in oculos manè & vespèri instilletur, vel collyrijs admiscetur.

## SPEC. DIAMARTIS.

Rx. Rad. Tormentillæ

Nuc. Moschata

Gallar. Turc.

ana Unc. s.

Mag. Corallorum rub. berberisat. nost.

Croci. Hamatit.

Croci

Crocī Martis per calcinat. fact.

ana Drach. iij.

Zedoaria electa

Calami aromatici

Succini alb. præp.

Quing. folij radic.

Caryophyllorum

ana Drech. ij.

Ciner. Spongia

Bolirub. or. præp.

Terra Sigillata

Acacia

ana Drach. js.

Sem. Plantaginis

Anthera Rosarum

ana Scr. iiij.

Corn: Cervi &amp; Off. Microcosmi Hermeticè calcinat.

ana Drach. j.

Aluminis plumosi calcinat.

Anima vitrisoli

ana Drach. s.

Misce &amp; fiat omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

STomachi mollitiem corrigunt, & Dysentericis, Cæliacis, purulenta & sanguinem excreantibus mirabiliter auxiliantur. Gonorrhææ, Hæmorrhoidibus, urinæ incontinentiæ lotioque cruento medentur. Fæminarum menstruam purgationem perfectissimè morantur & inhibent. Hæmorrhagiam variam & sanguinem denique undecunq; emanantem, sistunt & supprimunt. Dosis à Scr. j. & Drach. s. ad Drach. j. in conveniente liquore.

## SPEC. DIAMERCURII.

℞. Sem. Cinæ opt.

Drach. xiiij.

Mercurij dulcis

Drach. v.

Rhabarb. elect.

Rad.

*Rad. Turbith. gum.**Corallina*

ana Drach. ij.

*Ras. Cornu Cervi**c Myrrherub.*

ana Drach. j.

*Sum. Centaurij min.**Tanaceti**Camphora vera*

ana Scr j.

*Ol. Lig. Avellan. per descensum distillat.**Sp. Virioli opt.*

ana Scr. s.

Misc. &amp; fiat omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus; Dosis.*

**E**Xhibentur vermibus seu lumbricis scatentibus lunâ crescente à Scr. j. ad Drach s. & Drach j. pro ætatis ratione in lacte, quod unâ cum pulvere sumptum illis, non nutrimentum, sed venenum erit; Mercurius quoque dulcis eis maxime pestis est: Simul enim interficit lumbricos & fomitem eorum per secessum expellit. Propterea est Medicina experta, adversus omne genus Vermium. Offeritur etiam in aq. Absynthij, Centaurij min. Tanaceti, Urticæ. Item in oxymellæ Squillitico, Melle despumato, Syr. Acetos. Citri, Hydromelle, aut in aliâ quâvis materiâ, quâ pueri magis delectantur.

## SPEC. DIAJOVIS.

R.

*Facul. rad. Bryonia*

Unc. s.

*Sal. Jovis Anglici**Matris Perlar.**Corallor. rub.*

ana Drach. iij.

*Rad. Dictamni alb.**Peonia*

ana Drach. ij.

*Succini albi præp.**Croci orientalis*

Visci

*Visci quercini**Antophyllor.*

ana Drach. j.

*Castorei veri*

Scr. j.

Misc. &amp; f. omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N vehementissimâ & desperatissimâ suffocatione & strâ-  
gulatione Uteri, medicamentum est benedictum, & tan-  
quam donum Mulieribus à Deo cœlitus demissum: Non e-  
nim sine admiratione hunc atrocissimum affectum tollit.  
Pro quo divino auxilio nomen Domini sit benedictum.  
Dosis à Scr. j. ad Drach. s. tribus aut quatuor auroris conti-  
nuis vel tempore necessitatis, in aq. Hystericâ nost. vel alijs  
vehiculis appropriatis.

## SPEC. DIA VENERIS.

℞,

*Sulph. Vitrioli Veneris sublimati & Spagyricè*  
*præparat.*

Unc. s.

*Borracis venet.*

Drach. iij.

*Sem. Lingua avis**Eruca*

ana Drach. ij.

*Pastinaca**Urtica**Porri*

ana Drach. js.

*Rad. Pyrethri**Piperis albi**Boleti Cervini*

ana Scr. iij.

*Galangæ min.**Zingiberis alb.**Cinamomi*

ana Drach. j.

*Scinc marin. præp.**Mag. Perlarum or.**Croci orient.*

ana Drach. s.

## SECTIO V.

*Cantharid. abscissis gelis & alitenuioribus**Ambragrisea* ana Scr. j.*Moschi optimi**Ol. Macis* ana Scr. s.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus, cui Sachari candi albi Unc. j. immisce, & ad usum reponere.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**ONTRA actus veneri defectum efficacissimum, immo omnium validissimum & extremum experimentum est: Propterea qui Amicæ suæ placere cupit, & se virum strenuum vult probare, capiat post cœnam, vel si statim effectum quærit, eundo cubitum, aut si successive operari debet, maneat à Scr. j. ad Scr. ij. & Drach. j. in lacte tepido vel vino generoso. Præparantur etiam sine cantharidibus.

## SPE. DIASATURNI.

*Rx. Mag. Saturni* Unc. j.*Suc. Glycyrrhiz. purgat.**Lact. Sulphuris* ana Unc. s.*Flor Sulphuris comp.**Rad. China elect.* ana Drach. iij.*Sal. Margaritar. orient.**Corallorum rubeorum**Panis triticei* ana Drach. ij.*Boli rub. orient. præp.**Bentzoïn sublimati**Olibani* ana Drach. j.*Croci orientalis**Cassia lignea* ana Drach. s.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus, cui adde: Sachari candi albi Unc. iij. & pulverem bene mixtum ad usum reserva.

*Vires*

*Vires, Usus, Dosis.*

Nescio, quibus verbis hanc incomparabilem compositionem extollam! Phthisis enim, quæ alias humanâ manu curari non potest, curatur sæpè hac Medicinâ. Dosis manè, & vesperi à Drach. s. ad Drach. j. in aq. nostrâ specificâ contra Phthisin, vel in alijs vehiculis appropriatis.

## SPEC. DIASULPHURIS.

Rx. *Lact. & flor. Sulphuris comp.*

ana Unc. js.

*Suc. Glycyrrhiz. purgat.*

*Cardamomi min.*

*Terra Sigillat.*

ana Drach. vj.

*Sem. Urticæ Rom.*

*Cydoneorum*

*Cinamomi acuti,*

*Zingiberis albi*

*Nuc. Moschata*

*Croci oriental.*

*Piperis longi*

*Macis*

ana Drach. iij.

*Tragacanth. alb.*

*Rad. Ireos florent.*

*Flor. Papav. errat.*

*Mastichis electæ*

*Crem. Tartari*

ana Drach. js.

Misce & fiat pulvis, cui adde: Ol. Hyssopi, Fæniculi, Salviæ, Anisi, Chamomillæ Rom. ana Scr. j. & ad usum re-  
pone.

*Vires, Usus, Dosis.*

Tussi diurnæ, difficultati Spiritus & Asthmatis chronico succurrunt. Humores in pectore diversos & crassos

incidunt & extenuant. Præservant & curant absq; omni aliâ Medicinâ, Phthisin, Ariduram, Pleuritidem, omnesq; putrefactiones, & Apostemata, & in affectibus thoracis miranda præstant, vocisque jacturam semper refarciunt. Consumunt etiam & exsiccant fluxus capitis, & pravos humores in corpore existentes, e quibus Podagra, Ischiada, & Arthritici dolores existere solent. Prophylacticon est in Epilepsiâ, Apoplexiâ, Leprâ, Lue Venereâ, Convulsione nervorum, Colicâ, Hydrope, &c. Dosis à Scr. j. & Drach. s. ad Drach. j. manè & vesperi in vehiculo convenienti. In Hydrope autem offeruntur cum ana Mag. Croci Martis, corpore prius evacuato, & neminem fallunt. In affectibus thoracis utimur in formâ Trageæ, addito Sacharo cando albo, vel cum Syrupis pectoralibus mixtis in formâ Electuarij seu Lambitivi.

### PULVIS REFECTIVUS.

Rx. *Sachari candi in Syr. Violar. concretæ*

Unc. j.

*Lact. Sulphuris*

Unc. s.

*Flor. Sulphuris comp.*

*an. Rosæ*

*Conf. Alkermes*

ana Drach. ij.

*Mag. Perlar. orient.*

*Corallor. rub.*

*Saturni*

ana Drach. j.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**V**ires reficit. Gor & totam naturam confortat. Multum nutrit & impinguat. Fluxus Capitis exsiccat. Cerebrum roborat. Tussim sedat. Asthma, Phthisin & Tabem curat. Dosis Scr. j. in aq. Pulmonis Vituli, vel Caponis, vel aliâ specificâ, Vel miscetur tantum pulveris, ut vehiculum qua-

si al-

si albicante colore tingatur; de quo liquore mixto. Dosis manè & vesperi Cochl. j. vel duo.

## PULVIS EXCELLENS CONTRA tussim infantum.

Rx. *Sachari penidi* Unc. iij.

*Spec. Diatragacanth. frig.*

*Diafreos simpl.* ana Unc. s.

*Rad. Paonia* Drach. ij.

*Suc. Glycyrrhiz. ext.* Drach. j.

*Lact. Sulphuris,*

*Croci orient.* ana Scr. ij.

*Cranei humani* s. igne calc.

*Sem. Papaveris alb.* ana Scr. j.

Misce & f. omnium pulvis subtilissimus.

## SPEC. DIAVITRIOLI.

Rx. *Galanga min.* Unc. j.

*Mag. Vitrioli*

*Rad. Acori aquat.* ana Unc. s.

*Piperis longi*

*Sem. Ameos*

*Zedoaria* ana Drach. ij.

*Cinamomi acut.*

*Calami aromat.*

*Macis* ana Drach. js.

*Cardamomi min.*

*Zingiberis albi*

*Caryophyllorum* ana Drach. j.

*Croci orient.*

*Spice Indic.*

*Lig. Aloës* ana Drach. s.

*Moschi laudatiß.*

*Ambregris.*

an Scr. s.

Misce &amp; f. pulvis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**st Medicina salubris ad frigidam humorositatem ventriculi & putrefactionem in partibus ejus: Ob id phlegma digerunt. Digestionem & concoctionem juvant. Nauseam & vomitum sedant. Calorem naturalem conservant, & membra nutritionis calefaciunt. Flatus crassos dissipant, & acidis ructus compescunt. Exsolutis & Jecinerosis auxiliantur. Convalescentibus ac è diuturno morbo emergentibus profunt. Fætorem oris & nasi, qui per consensum à Stomacho oritur, emendant, & gigni prohibent. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. & Drach. s. vel addito Sacharo fiat Tragæa. Nota: Hæ & aliæ compositiones, Moschum in nimia quantitate recipientes, possunt etiam sine eodem parari.

## SPEC. DIACINNABARIS.

R. *Cinnabaris nativ. præp.* Unc s.*Lap. Stellaris præp.**Corn. Alcis Spagyricè calc.* ana Drach. iij.*Ras. Cranei partis ant.**Visci quercini* ana Drach. ij.*Rad. & Sem. Peonia* ana Drach. js.*Spec. Diamoschi dulc.**Diambre* ana Drach j.*Mag. Perlarum orient.**Corallor. rub.* ana Drach. s.*Croci orientalis**Ol. Succinialbi* ana Scr j.*Fol. Auri* No. xiiij.

Misce &amp; fiat omnium pulvis.

*Vires,*

## Vires, Usus, Dosis.

Miram vim & efficaciam habent in Epilepsiâ & omnibus alijs morborum capitis periculosorum generibus, suntque tam certissimum, quam secretissimum experimentum, quô Deo aspirante innumeros cæterorum Medicinæ incurabiles hactenus, quantumvis eorum non paucos ad 9. 10. 12. Immo 18. pluresque annos tali abominabili affectu laborantes, pristinæ sanitati perfectè feliciterq; restitimus. Dosis in curatione à Scr. j. ad Drach s & Scr. ij plus minusvè pro ætatis & virium patientis discrimine in vehiculis appropriatis & specificis, omnique manè reiterandis, usque dum integram consequatur sanitatem.

## SPEC. DIANITRI.

|    |                                     |                |
|----|-------------------------------------|----------------|
| ℞. | Cryst. Nitricum Sp. Vini & Vitrioli |                |
|    | præp.                               | Unc. j.        |
|    | Sal. Lap. Percarum pisc.            |                |
|    | Oculor. Cancræ                      |                |
|    | Succini alb.                        | ana Drach. ij. |
|    | Rad. Filipendulæ                    |                |
|    | Glycyrrhizæ                         | ana Drach. js. |
|    | Sem. Urticæ min.                    |                |
|    | Lappæ major.                        |                |
|    | Saxifragiæ                          |                |
|    | Miliij Solis                        |                |
|    | Genistæ                             | ana Drach. j.  |
|    | Bac. Lauri excoct.                  |                |
|    | Juniperi                            | ana Scr. iiij. |
|    | Cinamomi acut.                      |                |
|    | Zingib. albi                        |                |
|    | Croci orient.                       |                |
|    | Piperis long.                       |                |

*Macis*

ana Scr. ij.

*Leporis combusti**Sang. Hircini prap.**Pul. Ceterach**Santali rub.*

ana Drach. s.

*Millepedum. prap.*

Scr. j.

*Sachari albiß.*

Unc. iij.

Misc. &amp; f. omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N frangendo & expellendo calculum Renum & Vesicæ, experimentum valde illustre est. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. summo manè in vehiculis specificis.

## SPEC. DIATARTARI.

R.

*Tartari vitriolati**Mag. Scammonij*

ana Unc. j.

*Turbith albi & gum.**Hermodaç. albor.*

ana Unc. s.

*Ol. Caryophyllorum**Cinamomi*

ana Scr. s.

Miscè &amp; f. pulvis quem ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N universo corpore tartarum coagulatum decenter resolvunt, resolutumque cum omnibus defluxionibus podagricis, secùre & leniter, in quocunque etiam sint membro, per secessum educunt. Flavam bilem & pituitam copiose deturbant. Aquà intercute laborantibus mirificè conferunt. Cutis etiam sæditatem, Scabiem, Leporam, ceterasque ejus generis sordes eluunt. Insuper Scorbutum curant, & juncturarum dolores mitigant. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. præsertim in robustioribus.

SPEC.

## SPEC. DIACRTSTALLI.

Rx. Carnis mammillarum vaccapinguis, ruffæ, juvenula in vino cocta & in furno exsiccata      Unc. j.

Piperis longi      Drach. v.

Crystallorum præp.      Unc. s.

Margaritar. præp.      Drach. ij.

Sem. Borruginis

Faniculo

Lactuca

Nigellæ      ana Drach j.

Rad. Hirci barbula

Cardui lactei

Rapunculor.      ana Drach. s.

Sachari albissimi      Unc. iij.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**Attrum & nutricum lactantiū, medicamentum est specificum; Lac enim in illis adeo augent ac emendant, ut omnis inde assumptus cibus ferè lactescat. Propterea ad lactis ubertatem præstandam, secretum est. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. manè, meridie & vesperi, in cibo, jusculo seu in aq. Card. Mariæ, vel in alijs convenientibus vehiculis.

## SPEC. DIASUCCINI.

Rx. Succini albi præp.      Unc. s.

Mag. Corallorum rub. berberisati & tingentis

Nuc. Muschat. tost.

Boli rub. oriental.

Smaragd. præp.      ana Drach. ij.

Groci Martis per reverberationem fact.

Sarg. Draconis      ana Drach. js.

*Styracis calamita,*  
*Cornu Cervi ust. præp.*  
*Laudani opiat* ana Drach. j.  
*Anthera Rosarum*  
*Sem. Plantaginis*  
*Flor. Papav. errat.* ana Drach. s.  
*Caryophyllorum*  
*Croci orient.*  
*Cinamomi*  
*Macis* ana Scr. j.

Misc. & fiat pulvis subtilissimus

*Vires, Usus, Dosis.*

**V**iscosos & tartareos Sales intestina erodentes, & alvi  
 fluorem sollicitantes, compescunt & obtundunt. Hinc  
 omnibus Dysenterijs, sanguinisque profluvijs maximè me-  
 dentur. Dosis à Scr. j. ad Drach. j. in vehiculis appropriatis.

SPEC. DIACRETÆ.

R. *Creta alba cum aq. Rosar. præp.*  
 Drach. iij.  
*Nuc. Moschat.* Drach. js.  
*Rad. Glycyrrhiz.*  
*Sem. Cydoneorum* ana Drach. j.  
*Boli rub. orient. præp.*  
*Corallorum rub. præp.* ana Drach. s.  
*Lap. Carpionis cum aq. plantag. præp.*  
*Macis parum tosti*  
*Mastichis electi*  
*Croci orient.* ana Scr. j.  
*Sachari albiss.* Unc. iij.

Misc. & fiat pulvis subtilissimus.

*Vires*

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**atholicon est in orexi seu ardore ventriculi: Hæ enim species hanc dynamin habent, ut adversentur ebullitioni flavæ bilis & sublimato in orificium ventriculi tartaro, quæ efficaciter resolvunt & præcipitant. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. in paroxismo: Medicamenta enim in hoc casu sunt adhibenda, quando cumq; orexis uret, tamdiu donec cesset.

## SPEC. DIABORRACIS.

|     |                            |               |
|-----|----------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Borracis Venet.</i>     | Unc. s.       |
|     | <i>Cassie lignæ</i>        |               |
|     | <i>Croci orient.</i>       | ana Drach. j. |
|     | <i>Ras. Lig. Sabina</i>    |               |
|     | <i>Succini alb. præp.</i>  | ana Drach. s. |
|     | <i>Off. de Corde Cervi</i> |               |
|     | <i>Visci quercini</i>      |               |
|     | <i>Flor. Cheiri</i>        | ana Scr. j.   |

Misce & fiat pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**ulieribus, quæ nequeunt parere, seu quæ in partu periculose laborant, felicissime offeruntur: Ad partum enim facilitandum, secundinas retentas & foetum mortuum ejiciendum, præsentissimum est remedium. Dosis à Scr. j. ad Scr. ij. & Drach. j. in aq. Cinamomi, vel Flor. Cheiri, vel Artimisiæ, seu in vino albo generoso.

## SPEC. DIATEREBINTHINÆ.

|     |                                           |                  |
|-----|-------------------------------------------|------------------|
| Rx. | <i>Terebinthina in aq. Citri bis lota</i> | Unc. ij.         |
|     | <i>Mag. Scammonij</i>                     | Unc. j.          |
|     | <i>Turbith. alb. &amp; gum.</i>           | Drach. vj.       |
|     | <i>Tartari vitriolati</i>                 |                  |
|     | <i>Hermadaet. alb.</i>                    | ana Drach. iiij. |
|     | <i>Spec. Lithontrib.</i>                  | Drach. ij.       |

*Croci orient.**Macis*

ana Scr. j.

*Sachari violat. tabulat.*

Unc. iiij.

Misc. & f. omnium pulvis cui adde: Ol. Anisi, Aurantior Caryophyllor. Cinamomi, Fœniculi, ana Scr. s. De-  
nuo misce & ad usum reponere.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Arthritide, Colicâ, Gonorrhœâ, Dysuriâ, Strangurâ,  
Renum & Vesicæ calculo, alijsq; meatuum urinalium vi-  
tijijs &c. præstantissimum est catharticum, & experimentum  
mirabile. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. & Drach. js. in jure  
Caponis, vel gallin. vel carnis bub. vel cicerum, aut in cere-  
visiâ, vel vino calido. Mulieribus offertur in aq. Melissæ,  
feu bac. Juniperi.

## SPEC. DIAMUMIÆ.

℞.

*Mumie transmarine**Mág. Lap. Percar.*

ana Drach. ij.

*Sang. Hircini præp.**Caryophyllorum.**Spermat. Ceti*

ana Drach. js.

*Rad. Rubiæ tinct.**Hirundinaria**Tormentilla*

ana Drach. j.

*Succini albi præp.**Sal. Corallor. rub.**Boli rub. or.*

ana Drach. s.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**Æ species valdè mirabiles sunt ad casum: Sanguinem  
enim coagulatum dissolvunt. Præcipitados, ruptos, con-  
tusos, & fractos juvant, vulneraque interna glutinant, &  
pro-

prohibent apostemata ex casu ab alto. Dosis à Scr. j. ad Drach j. in aq. Cærefolij, vino generoso, vel in aceto vini.

PULVIS STICTICUS EJUS-  
dem ferè efficacitæ.

|    |                          |                |
|----|--------------------------|----------------|
|-----|---------------------------------------------------------|------------|
| Rx. | <i>Conf. Alkermes</i>                                   | Unc. s.    |
|     | <i>Margarit. trochiscat.</i>                            | Drach. j.  |
|     | <i>Ambra grisea</i>                                     | Scr. j.    |
|     | <i>Mosch. laudatiss.</i>                                | Scr. s.    |
|     | <i>Sachari albiss. in aq. fragrantiss. Rosar. diss.</i> |            |
|     |                                                         | Unc. viij. |

Misc. & fiant l. a. Rotulæ.

### Vires, Usus, Dosis.

Supra modum caput, cerebrum, & Memoriam confortant. Cor frigidum & tremulum roborant, & omnibus ipsius affectibus opem præstant. Dolorem capitis diuturnum mulcent. Vertiginem discutiunt. Visum acuunt. Humidas oculorum defluxiones siccant. Caniciem retardant. Vitam ex malâ victus ratione abbreviatam prolongant. Dosis sæpius indie ab 1. ad 2. vel 3 pro unâ vice.

### ROTULÆ SMARAGDINÆ.

|     |                                     |              |
|-----|-------------------------------------|--------------|
| Rx. | <i>Smaragd. præp.</i>               | Drach. ij.   |
|     | <i>Corr. Alci Spagyricè calc.</i>   | Drach. js.   |
|     | <i>Sem. Paonia maris decrescen.</i> |              |
|     | <i>Lunâ collect.</i>                |              |
|     | <i>Citri excort.</i>                | ana Drach j. |
|     | <i>Rad. Diptamni alb.</i>           |              |
|     | <i>Gran. Chermes.</i>               |              |
|     | <i>Galange min.</i>                 |              |

Croci.

*Crociorient. prap.**Cubebarum**Visci quercin.*

ana Drach. s.

*Mag. Perlar. or.**Corallor. rub.**Hyacinth. prap.*

ana Scr. j.

*Ol. Succini alb. rectif.*

Scr. j.

*Nuc. Moschat.**Macis**Cinamomi*

ana Scr. s.

*Rorismarin.**Lavendula*

ana Gut. iiij.

*Sachari albiss. in aq. Apoplect & Epilepticâ nos.*

ana dissolut.

Unc xvj.

Misc. &amp; fiant l a. Rotulæ.

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**iraculosè ab Apoplexiâ, Epilepsiâ, Paralyfi &c. præservant. Vertiginē corrigunt. Cerebri debilitatē auferunt. Memoriâ & sensus acuunt. Caput confortant. Spiritus recreant. Literatos omnes meditationibus continuis curisque varijs facultates animales periculosè debilitantes, maximè juvant atque liberaliter sustentant.

ROTULÆ HYACINTHINAE.

R. Spec. Diarrhod. Abbat.

*Diamargar. frig.*

ana Unc. s.

*Hyacinthi prap.*

Drach. iiij.

*Flor. Nitri*

Drach. j.

*Mag. Corallorum rub.*

Scr. j.

*Ol. Stil. Rosarum*

Scr. s.

*Sachari albiss. in aq. flor. Nymphaeae s. q. dissolut.*

Unc. xvj.

V 3

Misc.

Misc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D universi corporis caliditatem & inflammationem conferunt, omnemque virium imbecillitatem firmant. Syncopen juvant, atq; longo morbo dejectos supra modū recreant, refrigerant, ac confortant. Asthmaticis, Cardiacis, Hepaticis, Ictericis, Tabidis, Tussientibus & maligne Febricitantibus mirè auxiliantur. Dosis à 2. 3. ad 4. v. 5. sæpius in die.

### ROTULAE CORDIALES.

|     |                                                 |                |
|-----|-------------------------------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Spec. Diarrhod. Abb.</i>                     | Unc. s.        |
|     | <i>Conf. Alkermes</i>                           | Drach ij.      |
|     | <i>Margarit. trochiscat.</i>                    |                |
|     | <i>Mag. Corallor. rub.</i>                      | ana Scr. j.    |
|     | <i>Ol. Caryophyllor.</i>                        |                |
|     | <i>Macis</i>                                    | ana Gut. iiij. |
|     | <i>Sachari albis. in aq. Cinamomi dissolut.</i> | Unc. viij.     |

Misc. & fiat Confectio in Rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**Or insigniter confortant, illudq; ab omni corruptione Cillæsum præstant, & ne facile à maligno aëre deprave-  
tur, tutantur. Dosis 2. 3. vel 4. pro unâ vice.

### ROTULAE PECTORALES

A L B Æ.

|     |                                     |             |
|-----|-------------------------------------|-------------|
| Rx. | <i>Spec. Diatragacanth. frigid.</i> |             |
|     | <i>Diafreos simpl.</i>              | ana Unc. s. |
|     | <i>Lact. Sulphuris</i>              | Drach. ij.  |
|     | <i>Pulv. Benzoin.</i>               | Drach. j.   |
|     | <i>Ol. Feniculi</i>                 | Scr. j.     |

*Sacha-*

*Sachari albiss. in lact. Sem. Papav. alb. cum*

*aq Violarum ext. dissolut. Unc. xvj.*

Misc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D omnem faucium & linguæ asperitatem valent. Pectoris & thoracis gravitatem; à causâ calidâ & siccâ, allevant. Tussientes, Phthysicos, tabidos, macie confectos, & eos, qui defluxionibus & destillationibus è capite obnoxij sunt, juvant. Dosis quavis horâ 1. 2. vel 3. pro unâ vice.

## ROTULAE PECTORALES

### CITRINÆ.

*Rx. Lob. Sani & experti*

*Spec. Diarrhod. Abb.*

*ana Unc. s.*

*Suc. Glycyrrhiz. ext.*

*Flor. Sulphuris*

*ana Drach j.*

*Pulv. Benzoin.*

*Rad. Jreos flor.*

*ana Scr. ij.*

*Ext. Croci oriental.*

*Bal. Sulphuris anisat.*

*ana Scr. j.*

*Sachari albiss. in aq. Faniculi dissolut.*

*Unc xvj.*

Misc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Usus, Dosis.*

**P**ulmones expurgant. Pectus leniunt. Spiritum faciunt. Ideoque tussiculosis, Pleuriticis & difficulter spirantibus mirum in modum auxiliantur. Dosis sæpius in die ab 1. 2. ad 3. vel 4. pro unâ vice.

## ROTULAE PECTORALES

### RUBRÆ.

*Rx. Spec. Diarrhodon, Abbat. Unc. j.*

*Lob.*

*Lob. Sani & exp.*

Unc. s.

*Conf. Alkermes*

Drach. ij.

*Suc. Glycyrrhiz. ext.**Flor. Sulphuris*

ana Drach. j.

*Pulv. Bentzoin.**Rad. Ireos flor.*

ana Drach. s.

*Ol. Anisi*

Scr. j.

*Sachari albiss. in aq. Hyssopi, cum Santal. rub.  
prius tinct. dissolut.*

Unc. xvj.

Misc. &amp; fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**T**Horacem & Pulmonem expurgant, eosque ad expecto-  
randam crassam & lentam materiam, roborant. Hinc  
tussi diuturnæ, Asthmatis, & Pleuritidi auxiliantur. Dosis à  
1, 2, 3. vel 4. pro unâ vice.

## ROTULAE LAC PROVOCANTES.

*Rx. Crystallorum præp.*

Unc. s.

*Corallorum rub. præp.*

Drach. j.

*Margaritar. præp.**Piperis longi*

ana Drach. s.

*Ol. Sem. Feniculi*

Scr. j.

*Sachari albiss. in aq. Nuc. Moschat. dissolut.*

Unc. viij.

Misc. &amp; fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N provocatione lactis, secretum est: dantur Nutricibus  
singulis diebus, manè, meridiè, & vesperi 4. aut 5. pro unâ  
vice.

## ROTULAE REFECTIVAE.

*Rx. Margarit. trochiscat.*

Drach. j.

*Mag. Corollar rub.**Ambra*

*Ambra grisea* ana Scr. j.

*Sachari albiß. in lact. Amygd. dulc. cum aq.*

*Rosar. ext. dissolut.* Unc. iiij.

Misc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

[N morbis chronicis vires reficiunt, alunt, & desperatos refocillatis viribus sanitati restituunt, totamque naturam orroborando conservant & ad pristinum robur recuperandum conducunt. Dosis est, ut, necessitatis usu ita deponente, duæ vel tres assumantur, & sensim linguâ confricentur, ac deinde deglutiantur.

### ROTULÆ STIMULANTES.

Rx. *Borraci Venet.* Drach. ij.

*Sem. Lingua. avis* Drach. j.

*Boleti Cervini*

*Carnis scincor.* ana Drach. s.

*Piperis long.* Scr. j.

*Cantharid. corp.*

*Ol. Cinamomi* ana Scr. s.

*Sachari albiß. in aq. Rad. Satyrj & Anthos*

*ana diss.* Unc. vj.

Misc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Usus, Dosis.*

Mirabiliter irritant atque excitant: Propterea ad impotentiam & læsam virilitatem quam maximè valent. Dosis eundo cubitum à 3. 4. 5. ad 6. plus minusvè pro ratione duelli. Sumi etiam possunt post primam coctionem mediâ scilicet nocte.

### ROTULÆ AROMATICÆ.

Rx. *Galangæ min.* Drach. js.

*Calami aromat.*

*Gran. Paradisi**Zingib. alb.*

ana Drach. j.

*Caryophyllor.**Cass. Lignea**Zedoaria**Pimpinella**Piperis longi**Sem. Carui*

ana Drach. s.

*Cubeborum**Nuc. Moschat.**Croci orient.**Maceris*

ana Scr. j.

*Ol. Cinamomi**Menta crisp.**Aurantior.**Rorismarin.*

ana Scr. s.

*Sachari albis. in aq. Stomachal. nos. dissolat.*

Unc. xvj.

Misc. &amp; fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**O**Mnia membra principalia; utpote: Caput, Cerebrum, Stomachum, Cor, Hepar, Lienem, Intestina &c. refrigerata, egregiè calefaciunt, corroborant, atque à doloribus præservant. Colicam impediunt. Vomitum phlegmaticum sistunt, Appetentiam excitant. Nec non flatus ventriculæ distendentes probè discutunt, omnemque totius corporis noxam à causâ frigidâ proficiscentem curant. Dosis quovis tempore 2. 3. 4. vel 5. pro unâ vice.

ROTULAE REFRIGERANTES.

℞.

*Spec. Diarrhod. Abbat.*

Unc. j.

*Eleosachari Citri*

Flor.

|                                                             |                |
|-------------------------------------------------------------|----------------|
| <i>Flor. Nitri</i>                                          | ana Drach. ij. |
| <i>Cristallor. præp.</i>                                    | Drach. j.      |
| <i>Tinct. Corallor. rub.</i>                                |                |
| <i>Gran. Chermes</i>                                        |                |
| <i>Santalorum</i>                                           | ana Drach. s.  |
| <i>Mag. Saturni</i>                                         | Scr. j.        |
| <i>Ol. Stil. Rosarum.</i>                                   | Gr. iiij.      |
| <i>Sachari albiss. in Suc. Berber. &amp; Ribes ana dis-</i> |                |
| <i>solut.</i>                                               | Unc. xvj.      |

Misc. & fiat l. a. confectio in rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

Insigniter refrigerant, & ad extinguendam sitim in mor-  
bis quasi ignitis febribusque acutis sunt admodum con-  
uenientes. Confortant Stomachum & calidum innatum.  
Cor & Hepar supercalefactum alterant, & omnes inflam-  
mationes tam internas quam externas modestè delent, sua-  
viterque sistunt. Dosis pro libitu 2. 3. 4 vel 5 pro unâ vice.

ROTULAE CARMINATIVÆ.

|    |                                                       |             |
|----|-------------------------------------------------------|-------------|
| ℞. | <i>Ol. Carminativ. nost.</i>                          | Drach. js.  |
|    | <i>Cinamomi</i>                                       |             |
|    | <i>Caryophyll.</i>                                    | ana Scr. s. |
|    | <i>Sachari albiss. in aq. Carminativ. nost. diss.</i> |             |
|    |                                                       | Unc. xvj.   |

Misc. & fiat l. a. confectio in rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

Diffipant flatus & ventositates in Ventriculo & intesti-  
nis latentes. Concoctionem juvant. Acido ructui me-  
lentur. Nephriticos dolores, urinam provocando, & cal-  
culum educendo, leniunt. Dantur necessitate ita exigente  
.4 aut 5. pro unâ vice.

## ROTULÆ DIACTMINI.

Rx. Spec. Diacimini.  
*Dianisi* ana Unc. s.  
*Diamischi dulc.*  
*Diambra* ana Drach. j.  
*Bals. Sulphuris aniscat.*  
*Ol. Faniculi* ana Scr. j.  
*Aurantiorum*  
*Maceris* ana Scr. s.  
*Sachari albis. in aq. Benedict. Serpelli nost.*  
*dissolut.* Unc. xvj.

Misc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**Ntestinorum flatus potentissimè dissipant, & prosunt ad omnes frigidos affectus. Cephalicis, Vertiginosis, Stomachicis, Arteriicis, Tussientibus, Asthmaticis, Cardiacis, Jecinerosis, Lienosis, Inflatibus, Colicis, Quartanarijs & Senibus mirificè succurrunt. Concoctionem juvant. Cachexiam emendant; & Hypochondriorum distentionem saluberrimè liberant. De quibus sumat æger unam atque alteram ad libitum.

## ROTULÆ CONTRA VERMES.

Rx. Spec. Diacina nost. Unc. ij.  
*Sachari albis. in aq. rad. Graminis & Tanacetii*  
*ana s. q. diss.* Unc. xvj.

Misc. & fiat confectio in rotulis ut est artis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**V**ermes interficiunt & educunt. Exhibentur quotidie pueris lumbricis scatentibus duæ, tres, vel quatuor aut quinque, plus minusvè, pro unâ vice.

# ROTULÆ MITHRIDATICÆ præservantes.

R. Extract. Mithridatij cum aceto distill. parat.  
Drach. js.

Corn. Cervi Spagyricè calc.

Sem. Citri excort.

Flor. Sulphuris comp.

Smarag. præp.

Boli rub. or. præp. ana Drach. j.

Rad. Tormentillæ

Zedoaria ana Drach. s.

Margaritæ trochiscat.

Mag. Corallor. rub.

Camphoræ ana Scr. j.

Ol. Succini alb. rectific.

Angelicæ ana Scr. s.

Caryophyllor.

Rutæ ana Gran. iiij.

Sachari crystallini in aq. oxalidis & Rosar. dissolut.  
Unc. xvj.

Misc. & fiat l. a. confectio in rotulis.

# ROTULÆ THERIACALES liberantes.

R. Ext. Theriaca Androm. cum aceto distill. parat.  
Drach. js.

Corn. Alcis Spagyricè calc.

Terra sigillata

Sem. Acetosæ

Tinct. Sulphuris

Hyacinth. præp. ana Drach. j.

Rad. Enula camp.

## SECTIO VII.

*Angelica* ana Drach. s.  
*Lig. Aloës ponderosæ*  
*Os. de Corde Cervi*  
*Succini alb. præp.* ana Scr. j.  
*Ol. Camphora veri*  
*Myrrha rub.* ana Scr. s.  
*Cassia lignea*  
*Zedoaria* ana Gr. iiij.  
*Sachari albißimi* Unc. xvj.

Misc. & fiat, Sacharo dissoluto in aq. Card. benedict. & Scabiosæ, confectio in rotulis.

ROTULAE ANGELICAE  
 præservatiuæ pro gravidis.

R. Ext. Rad. Angelica cum aceto distillat. fact.  
 Drach. js.

*Corn. Cervi Spagyricè calc.*  
*Terra sigillata*  
*Boli Armen. præp.*  
*Rad. Pæonia fam.*  
*Sem. Acetosa* ana Drach. js.  
*Margarita trochiscat.*  
*Mag. Corallor. rub.*  
*Smarag. præp.*  
*Hyacinth. præp.* ana Drach. s.  
*Macis in acetomacerat. & exsic.*  
*Cassia lignea*  
*Croci or.* ana Scr. j.  
*Ol. Succini alb. rect.*  
*Zedoaria* ana Scr. s.  
*Caryophyllor.*  
*Citri* ana Gran. iiij.  
*Sachari crystallini in aq. Tormentilla & Veroni-*  
*ca diss.* Unc. xvj.

Misc. & fiant l. a. placentulæ.

# ROTULAE ZEDOARTICAE.

Salvificantes pro Pueris.

℞. Ext. Zedoaria cum aceto dist. fact.

Drach. js.

Corn. Alcis Spagyricè calc.

Succini alb. præp.

Terræ sigillatæ

Bol. rub. or. præp.

ana Drach. j.

Rad. Paonia maris

Diptam. alb.

Tormentilla

ana Scr. ij.

Smaragd. præp.

Hyacinth. præp.

Sem. Citri ex cort.

Acetosæ

Cinæ

ana Drach. s.

Mag. Corallor. rub.

Perlarum or.

Oc. Cancræ

Oss. de Cordæ Cervi

Bals. Sulphuris anisat. ana Scr. j.

Ol. Cinamomi

Macis

Citri

ana Gut. iiij.

Sachari albiss.

Unc. xvj.

Misc. & Sacharo soluto in aq. flor. Nymphææ & Rosarum ana s. q. f. confectio in placentulis.

Vires, Usus, Dosis.

CONtra Pestis contagionem quam maximè valent: ab illâ enim liberant, totûq; corpus à corruptione præservant, & ne à maligno & pestifero aëre lædatur, tutantur. Dosis tempore necessitatis, 2 vel 3 pro unâ vice.

RO-

## ROTULÆ CATARRHALES

CALIDÆ.

℞. *Spec. Diamosch. dulc.*  
*Diambra* ana Drach. j.  
*Aromat. rosat.*  
*Diafreos simpl.* ana Drach. s.  
*Thuris elect.*  
*Mastichis*  
*Succini alb.*  
*Corn. Cervin. præp.* ana Scr. j.  
*Sachari albifs. in aq. Betonicæ diss.*  
 Unc. v.

Fiant Rotulæ, quæ Ol. Caryophyllor. leniter inungantur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Quândo humor è cerebro per nares, os, oculos. præter naturam excernitur; vel si ad partem aliquam corporis dilabitur, atque in eâ continetur, functionibus ejus partis læsis, qualitatibus atque excrementis à naturali statu mutatis, percipitur, hæ Rotulæ per celebres sunt: omnes enim Catarrhos frigidos sistunt, caput, pectusque confortant. Dosis à tribus ad quatuor pro unâ vice.

## ROTULÆ CATARRHALES

Frigidæ.

℞. *Sem. Papav. alb. contus.* Unc. iiij.

*Siliquarum crassiusculè incisar.*

Unc. ij.

Infundantur per aliquot dies in aq. Scabiosæ & Tussilag. ana s. q. Postea destillentur, & in hujus stillaticij liquoris s. q. dissolve Gran. Mastichis Unc. j. coquantur parum & filtrentur, & additis Sachari albifs. Unc. viij f. l. a. Rotulæ.

*Vires*

*Vires, Usus, Dosis.*

Quando Catarrhus est tenuis, acris, caput calidum, facies & oculi rubicundi apparent, partes per quas defluit, exasperantur, & exulcerantur, amaritudo & falsedo percipitur, Febris adest, hæ Rotulæ valdè commendabiles sunt. Dosis à tribus ad quatuor pro unâ vice.

## SECTIO VIII.

DE

## MORSULIS.

## MORSULI CEPHALICI.

R. Conf. Flor. *Paonia**Anthos*

ana Unc. s.

*Spec. Diamoschi dulc.**Diambre*

ana Drach. ij.

*Cranei humani Spagyricè calc.**Corn. Alcis eodem modo calc.*

ana Drach. j.

*Rad & Sem. Paonia debite collect.**Visci quercini*

ana Drach. s.

*Ol. Succin. alb. rect.*

Scr. j.

*Lavendula**Nuc. Moschat.**Carui*

ana Gr. iiij.

*Sachari albiß. in aq. Apoplect. & Epilept. nost.**ana s. q. dissolut.* Unc. xvj.

Misc. &amp; f. ut est artis, confectio in morsulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

Totâ substantiâ tam in curando quam præservando Epilepsiæ, Apoplexiæ, Paralyfi, caro &c. ceterisque per-

T

ricu.

riculolosissimis capitis, cerebri & nervorū adfectibus conferunt. In præservatione Dosis à Drach. s. ad Drach. j. In omnibus Lunæ quadris malâq; aëris constitutione. In curatione autem datur à Drach. j. ad Drach. ij. & iij in ipso paroxismo. Epileptico vel paulò post, per se vel in vehiculis appropriatis: Et si necessarium fuerit, reiterandum. Pueris præ ratione ætatis dimidia aut minor dosis sufficit.

## MORSULI REGII.

|     |                                            |               |
|-----|--------------------------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Pistat. virid.</i>                      | Unc. ij.      |
|     | <i>Pinearum mund.</i>                      |               |
|     | <i>Amygd. dulc.</i>                        | ana Unc. j.   |
|     | <i>Margarite trochiscat.</i>               |               |
|     | <i>Mag. Corallor. rub.</i>                 | ana Drach. j. |
|     | <i>Flor. Cordial. minutim incis.</i>       |               |
|     |                                            | ana P. j.     |
|     | <i>Ol. Macis</i>                           | Scr. j.       |
|     | <i>Sachari albiss. in aq. Rosar. diss.</i> |               |
|     |                                            | Unc. xvj.     |

Misc. & f. confectio in morsulis ut est artis.

*Vires, Usus, Dosis.*

Saporis sunt grati & supra modum confortant, alunt & nutriunt. Phthisicos, tabidos longoque morbo extenuatos & imbecillitate languentes recreant. In dosi non facile errari potest; Quia cum cibo, antè cibum, & post cibum ad libitum ægrotantis sumi condecenter possunt.

## MORSULI ROSATI.

|     |                                |                |
|-----|--------------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Conf. Rosarum rub. opt.</i> | Unc. ij.       |
|     | <i>Spec. Diarrhod. Abbat.</i>  | Unc. s.        |
|     | <i>De gemmis frig.</i>         |                |
|     | <i>Diamarg. frig.</i>          | ana Drach. ij. |
|     | <i>Conf. Alkermes.</i>         |                |

*Troch.*

*Troch. De Berberis**Flor. Nitri* ana Drach. j.*Mag. Perlarum orient.**Corallor. rub.* ana Drach. s.*Eleosack. Rosarum**Citri* ana Scr. j.*Cinamomi**Macis* ana Scr. s.*Sachari albiß. in aq. Rosar. & Fragorum ana*  
*f. q. diß.* Unc. xvj.

Misc. &amp; fiat, ut est artis, confectio in morsulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D Capitis, Cordis, Ventriculi, Jecinoris, Uteri, Zennum &c. intemperiem calidam; Item, ad febres ardentes, biliosas, &c. valent. Debiles longoq; morbo dejectos recreant & ad pristinum robur conducunt. Tremori cordis, defectioni animæ ac concoctioni auxiliantur; nec non illos quibus forma corrumpitur, maximè juvant. Dosis à Drach. ij. ad Unc. s.

## MORSULI PECTORALES.

*Rx.* *Lchoch. Sani & experti* Unc. ij.*Spec. Diarrhod. Abbat.* Unc. j.*Flor. Sulphuris comp.**Suc. Glycyrrhiz. ext.* ana Drach. ij.*Pul. Rad. Jreos flor.**eAlipta Moschat.* ana Drach. j.*Bals. Sulphuris anisat.**Ol. Faniculi* ana Scr. s.*Sachari albiß. in aq. Præssij & Tussilag. ana f. q.*  
*diß.* Unc. xvj.

Misc. &amp; f. ut est artis, confectio in morsulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**T**ussi diurnæ, vocis asperitati, & asthmati strenuè succurrunt. Spirandi difficultatem auferunt. Humores in pectore & pulmone crassos incidunt, attenuant & inde natum dolorem levant. Dosis quâvis horâ ad libitum patientis à Drach. s. ad j. & Drach. ij.

## MORSULI REFECTIVI

D E

## CANCRIS.

*℞. Carn. Cancrorum fluviatil. in aquis pectoralib.  
coct. Unc. ij.*

*Cons. Rosar. Damasc. Unc. js.*

*Pinearum mundat.*

*Pistat. virid.*

*Amygd. dulc. ana de nocte in aq. Scabios. mace-  
rat. Unc. j.*

*Sachari albiß. in aq. pulm. vituli nost. dissolut.  
Unc. xvj.*

Misce & in fine adde:

*Syrup. Mastichin. Unc. ij.*

*Lact. Sulphuris Drach. ij.*

*Margarita trochiscat.*

*Ol. Nuc. Moschat. exp. ana Drach. j.*

*Bals. Sulphuris anisat. Scr. j.*

Misc. & fiat, ut est artis, singulari diligentia confectio in rutulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**rcanum est contra Phthisin & consumptionem corporis, quod multis alijs remedijs meritò præferendum. Nihil enim ferè est, quod humidum radicale magis conservat, quàm hi Morsuli. Vires amissas restituunt & membra prin-

principalia confortant. Dosis, sæpius in die à Drach. ij. plus minusvè pro ratione complexionis & sexus.

## MORSULI STOMACHICI.

|            |                                                    |               |
|------------|----------------------------------------------------|---------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Diacodonij simpl.</i>                           | Unc. ij.      |
|            | <i>Zingib. de Chinâ condit.</i>                    | Unc. j.       |
|            | <i>Calamit aromat. virid. condit.</i>              | Unc. s.       |
|            | <i>Nuc. Moschata</i>                               |               |
|            | <i>Cassia lignea vera</i>                          |               |
|            | <i>Galang. min.</i>                                |               |
|            | <i>Maceris</i>                                     | ana Drach. j. |
|            | <i>Sem. Coriand. præp.</i>                         |               |
|            | <i>Ameos</i>                                       | ana Drach. s. |
|            | <i>Ol. Caryophyllorum</i>                          |               |
|            | <i>Cinamomi</i>                                    | ana Scr. j.   |
|            | <i>Sachari albiß. in aq. Stomachal. nost. diß.</i> | Unc. xvj.     |

Misc. & fiat ut est artis confectio in morsulis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**S**tomachum in frigidatum summopere confortant, cibumque in eo continent. Membræ nutritionis collapsæ, debilia, corroborant & stipticant. Appetitum & gustum potenter excitant, Flatus discutiant & ventositates resolvunt. Hypochondriorum tensionem demoliuntur. Pristinum calorem restituunt. Fætores corporis remouent, illisque, qui frigida viscera habent, mirè conferunt. Dosis à Drach. j. ad Drach. ij.

## MORSULI EPATICI.

|            |                                |             |
|------------|--------------------------------|-------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Rad. Scorzonera condit.</i> |             |
|            | <i>Cichorei condit.</i>        | ana Unc. j. |
|            | <i>Spec. Diarrhod. Abbat.</i>  |             |

|                                                           |               |
|-----------------------------------------------------------|---------------|
| <i>Cons. Rosar. rub.</i>                                  |               |
| <i>Uvarum pass.</i>                                       | ana Unc. s.   |
| <i>Flor. Citricondit.</i>                                 | Drach. ij.    |
| <i>Mag. Corallor. rub.</i>                                |               |
| <i>Chalybis cum aceto Tamarid. præp.</i>                  |               |
| <i>Spodij præparat.</i>                                   |               |
| <i>Epatis Lupi exsic.</i>                                 | ana Drach. j. |
| <i>Sem. Acetosa</i>                                       |               |
| <i>Portulaca</i>                                          | ana Drach. s. |
| <i>Flor. Epaticæ alb.</i>                                 | Scr j.        |
| <i>Sachari albiß. in aq. Epatic. frigid. &amp; calid.</i> |               |
| <i>nost. diß.</i>                                         | Unc. xvj.     |

Misc. & fiant l. a. Tabulæ auro coopertæ.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**A**D debilitatem seu imbecillitatem Hepatis valent, ac ejusdem obstructions auferunt, roburq; adjiciunt. Morbo Regio, nec non aquæ intercuti, maloque corporis habitui succurrunt. Dosis à Drach. j. ad Drach. ij. & Unc. s.

### MORSULI MARTIALES.

**Rx.** *Limatura Martis cum aceto Tamarindor. præp.*  
Unc. j.

*Cassia lignea vera.*

*Galangæ minor.*

*Caryophyllorum*

ana Drach. j.

*Macis*

*Crocior.*

ana Scr. j.

*Ol. Cinamomi*

Scr. s.

*Sachari albiß. in aq. Absynthij & Centaur. min.*  
*dissolut.*

Unc. viij.

Misc. & fiat, ut est artis, confectio in morsulis.

*Vires*

*Vires, Ufus, Dosis.*

**V**alent ad omnes obstructions, præsertim Lienis, & ad omnia vitia Stomachi, cordis, capitis, Pallorem faciei, menses movendos &c. Sumendi autem manè 4. horis ante pastum, superbibendo haustum vini Absynthiaci. Utatur etiam post assumptos singulos morsulos moderato exercitio per horam. Dosis à Drach. ij ad iij. pro unâ vice.

## MORSULI VIRILES.

- ℞. Conf. de Succulatâ Indâ nost. Unc. j.  
 Pistat. virid.  
 Amygd. dulc.  
 Pinear. mund. ana Unc. s.  
 Nuc. Moschat. condit. Drach. ij.  
 Borrac. Venet.  
 Galang. min.  
 Piperis longi  
 Cardam. min. ana Drach j.  
 Verat. Tauri  
 Cervi ana Drach. s.  
 Gallie moschat.  
 Sem. Ling. Avis.  
 Urtica  
 Carn. Stincorum  
 Croci orient. ana Scr. j.  
 Ol. Caryophyllorum  
 Macis exp.  
 Cinamomi ana Scr. s.  
 Sachari albiß. in aq. Rad. Satyrj & Anthos ana  
 s. q. diß. Unc. xvj.

Misc. & fiat, ut est artis, confectio in morsulis.

*Vires,*

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D maritale munus viriliter obeundum, egregiam & quidem extemperaneam præstant operam: Quos proinde singulariter commendatos velim ijs, qui in officio suo tardiores segnioresq; facti, ita, ut si deferantur ad judicem, causâ cadant. Dosis pro prælio feliciter vesperi inchoando continuandoq; à Drach j ad Drach. ij ad Unc s. superbibendo parum vini Malvatici vel alius generosi.

## MORSULI DIACRETÆ.

|           |                                               |               |
|-----------|-----------------------------------------------|---------------|
| <i>R.</i> | <i>Cretæ ter quater vè aq. violar. abluta</i> |               |
|           |                                               | Unc. s.       |
|           | <i>Oc. Cancræ præp.</i>                       | Drach. ij.    |
|           | <i>Nuc. Moschat.</i>                          |               |
|           | <i>Boli Armen.</i>                            | ana Drach. j. |
|           | <i>Corallor. rub. præp.</i>                   | Drach. s.     |
|           | <i>Margaritar. præp.</i>                      |               |
|           | <i>Cinamomi incis.</i>                        | ana Scr. j.   |
|           | <i>Lap. Carpion. præp.</i>                    |               |
|           | <i>Macis torrefact.</i>                       |               |
|           | <i>Crocior.</i>                               | ana Scr. s.   |

Sachari albiss. in aq. Rosar. diss. Unc. viij. f. l. a. Morsuli.

*Vires, Usus, Dosis.*

**V**alent contra ardorem Stomachi, qui aliàs non periculosus, sed valdè molestus, & aliquando etiam sanis sæpè familiaris est, cum cibo sumpto, tum Jejunis; & imprimis cum eructare volunt, intercluso quasi flatu igneo, & erumpere non valente: Hunc ebullientem dolorem sistunt, & causam hujus mali tollunt.

Dosis à Drach j ad Drach. ij

# SECTIO IX.

DE

## TROCHISCIS.

### TROCHISCI VITÆ.

|     |                                                      |               |
|-----|------------------------------------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Man. Christi simpl.</i>                           | Unc. viij.    |
|     | <i>Conf. Alkermes</i>                                | Unc. s.       |
|     | <i>Margarit. trochisc. nost.</i>                     |               |
|     | <i>Ambra grisea</i>                                  | ana Drach. j. |
|     | <i>Moschi laudatis.</i>                              |               |
|     | <i>Lap. s. pretios. præp.</i>                        | ana Scr. j.   |
|     | <i>Elæosach. Cinamomi, Caryophyllor. &amp; Citri</i> | ana Scr. s.   |

Misc. & cum Tragacanth. in aq. fragrantiss. Rosar.  
diff. f. Trochisci parvi pro usu.

*Vires, Usus, Dosis.*

**O**Mnes vires delapsas mirificè atque cælesti quasi vi re-  
ficiunt. Spiritus animi recreant. Humidum radicale,  
confirmant, augment atque renovant. Caput, Cor, Ventri-  
culum, Jecur &c. supra modum corroborant, & Stomachi  
vitiosos humores discutiunt. Obstructiones venarum ape-  
riunt. Omnibus morbis frigidis conveniunt. Senes debiles  
restitunt. Concoctionem juvant. Omnem putredinem im-  
pediunt. Vertigem avertunt. Visum acuunt. Ab Epilepsiâ  
& Apoplexiâ præservant. Partum accelerant, Animique  
deliquio parturientis præsentissimum sunt remedium. Do-  
sis unus atque alter pro unâ vice. Præparantur etiam sine  
Moscho.

# TROCHISCI DE RADICE RHODIA.

|     |                        |                 |
|-----|------------------------|-----------------|
| Rx. | Rad. Rhodia            | Unc. j.         |
|     | Cort. rad. Mandrag.    |                 |
|     | Nucl. Persicorum       |                 |
|     | Opij Spagyricè præp.   |                 |
|     | Myrrha rub.            | ana Drach. vj.  |
|     | Flor. Papaveris errat. |                 |
|     | Croci orientalis       |                 |
|     | Rosar. rub.            | ana Unc. s.     |
|     | Sem. Hyoscymi alb.     |                 |
|     | Anethi                 |                 |
|     | Apij                   | ana Drach. iij. |
|     | Nuc. Moschatæ          |                 |
|     | Cubebæ                 |                 |
|     | Camphoræ               | ana Drach. ij.  |

Misc. & cum mucilag. Sem. Psyllij & Cydoneor. cum  
aq. Lactuc. extract, f. l. a. Trochisci.

## Vires & Usus.

**E**Go expertus sum in Melancholiâ, Maniâ, Phrenesi, vigilijs immodicis, nec non in omni dolore & discrasia caput respiciente, trochiscos illos esse probatos, si instar linimenti adhibeantur, vel dissolvantur in aq. Lactuc. & Rosar. vel Hypnotic. nost. vel in lacte muliebri & fronti & temporibus tepidè applicentur.

# TROCHISCI OPHTHALMICI.

|     |                           |             |
|-----|---------------------------|-------------|
| Rx. | Cerusa lota               | Unc. j.     |
|     | Corn. Cervi s. igne calc. |             |
|     | Sarcocollæ nutrit.        |             |
|     | Tutia præp.               | ana Unc. s. |
|     | Gum. Arabici              |             |

*Tragacanth. alb.**Amyli*

ana Drach. ij.

*Matris Perlar. præp.**Nihil albi**Olibani*

ana Drach j.

*Opij Spagyricè præp.**Camphoræ*

ana Drach s.

Misc. & cum albimine ovorum f. Trochisci oculares  
pro collyrijs varijs cum aq. appropriatis parandis.

*Vires & Usus.*

**V**alent ad omnis generis passiones oculorum; Imprimis autem ad rheumatismos, lippitudines subacres, fluxum tenuem, pustulas, inustiones, prolapsus, confusiones, rupturas, concavitates, scabriciem, pruriginem & ophthalmicos dolores leniendos profunt; nec non oculorum vulnera replent & consolidant.

## TROCHISCI DE PAPAVERE.

℞. *Sachari Penidij*

Unc. ij.

*Sem. Papav. alb.*

Unc. s.

*Melonum excort.**Cucurbitæ*

ana Drach. ij.

*Suc. Glycyrrhiz. ext.**Bol. Armen. rub. præp.**Flor. Sulphuris comp.*

ana Drach. js.

*Tragacanth. alb.**Amyli*

ana Drach j.

*Ext. Flor. Papav. errat.*

Drach. s.

Misc. & cum mucilag. Sem. Cydoneor. cum æq. Papaveris errat. ext. f. Trochisci parvi sublinguales.



Ol. *Caryophyllor.**Cinamomi*

ana Scr. s.

Misc. & cum mucilag. Tragacant. alb. cum aq. Rosar. fragrantiss. facta, fiant Trochisci parvi.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**Or singulariter confortant, ejusque exolutioni succurrunt. Animi deliquio medentur. Longo morbo dejectos & imbecillitate languentes refocillant, & ad pristinum recuperandum robur conducunt. Ventriculi quoque fastidia tollunt, ejusque concoctionem juvant. Dosis tres, quinque ad sex, pro unâ vice.

## TROCHISCI JOVIALES.

R̄. *Mag. Jovis Anglici**Matris Perlar.**Corallor. rub.* ana Drach. j.Ol. *Succini alb. rect.* Scr. j.

Misc. & cum Gum. Tragacanth. alb. in aq. Hystericâ nostrâ dissolut, f. l a Trochisci parvi Scrupulum semis ponderantes.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**Dmirandæ potentiæ & operationis sunt: Suffocata enim, quæ de his unum vel duos horis trium dierum matutinis, ex aquâ nostrâ Hystericâ, vel alio appropriato vehiculo assumpserit, post Dei providentiam, Libera censenda & nuncupanda sit: pro quo divino experimento solus Deus sit benedictus.

## TROCHISCI DE ALUMINE.

R̄. *Aluminis crudi**Rad. Pyrethri*

ana Unc. s.

*Piperis long.**Sem. Hyoscyami*

ana Drach. ij.

Z 3

*Fari-*

## SECTIO IX.

*Farina siliginis**Creta alba**Nitri præp.*

ana Drach. js.

*Zingiberis alb.**Caryophyllorum**Opij præp.*

ana Drach. j.

Misc. &amp; cum succo Urticæ min. f. Trochisci.

*Vires & Usus.*

**S**ulper dentes & gingivas positi (factis tamen prius debitis purgantibus per phlebotomiam, si expediat vel per ventris solutionem) dolorem sedant.

TROCHISCI DE SATUREJA  
pro Lixivio.℞. *Saturejæ exsic.*

Unc s.

*Majorana**Origani*

ana Drach. ij.

*Flor. Lavendula**Rosarum rub.**Anthos*

ana Drach js.

*Lig. Aloes pond.**Gum. Arabici**Tragacanth. alb.**Rad. Caryophyllat.**Jreos florent.*

ana Drach. j.

*Caryophyllorum**Nuc. Moschat.**Cardamom. min.**Cubebarum opt.*

ana Drach. s.

*Ambra grisea**Moschi opt.*

ana Scr. s.

Misc. & cum albumine ovorum formentur trochisci  
Drach. j. ponderantes.

*Vires*

## Vires &amp; Usus.

**H**Orum Trochiscorum duo, tres, vel plures bulliant in lixivij s. q. coque Caput manè ante cibum, corpore recrementis vacuo, ablatur, sicutamen, ut statim lintheis calidis abstergatur & exsiccetur: Sudores enim & sordes Capitis detergit, illudque roborat, & cutis meatus referat. Catarrhos exsiccat. Memoriam confortat & sensus acuit.

## TROCHISCI DE NITRO.

**R.** *Rot. de succo Berber.*  
*de Suc. Ribium* ana Unc. viij.  
*Spec. Diarrhod. Abbat. Sp.*  
*Vitrioli irrorat.*

*Nitri preparat.* ana Unc. j.

*Pul. Rosar. ruber. vitriolat.*

Drach. ij.

*Ol. Cinamomi*

Gut. iij.

Misc. & cum Tragacanth. in Suc. Citri diss. f. l. a.

Trochisci.

## Vires, Usus, Dosis.

**I**N Anginâ, Inflammatione oris & linguæ, ebullitione sanguinis (quam mulierculæ hodiè dic. *fliegende Nies* vocant) ardore urinæ, Febribus ardentibus & præsertim Hemitritæo putrido, vulgò dic. *Näupfranchheit* / valdè commendabiles sunt. Dosis à Drach. j. ad Drach. ij. in vehiculis specificis.

## STILLI DENTIFRICII.

**R.** *Farin. Silicum fluvial. calcinat.*

Unc. ij.

*Lap. Pumicis præp.*

*Aluminis usli*

ana Unc. s.

*Rad*

*Rad. Ireos florent.**Cineris Tabaci Ind. albiß.*

ana Drach. ij.

*Gallia Moschat. vera**Ol. Lig. Rhodini* ana Scr. j.

Misc. &amp; cum Gum Tragacanth. alb. in aq. Rosar. dissolut. f. l. a. Styli dentifricij.

*Vires & Usus.*

**A**D Dentium sordes tollendas & colorẽ vitiosum emendandum, nobis usitatissimi sunt: Dentes enim à naturali suo candore vel ad flavum vel lividum aut nigrum colorem deflectentes, mirè nitidos & politos iterum reddunt; si his sæpius fricentur & mundificentur.

**P O M U M A M B R Æ.***Rad. Ireos florentin.**Caryophyllorum**Macis elect.**Cinamomi*

ana Unc. s.

*Lig. Aloës veri**Santali citrini**Styracis calamit.**Ase dulcis*

ana Drach. ij.

*Ambre griseæ*

Drach j.

*Mosci Alexand.*

Drach s.

*Balc. Peruviani odoris.**Ol. Lig. Rhodini* ana Scr. j.

Omnibus diligenter mixtis &amp; tritis adde:

*Zibetta non falsat.*

Drach. ij.

Et cum Gum. Arab. & Tragacanth. s. q. in aq. Majoranæ, Narciss. Rosarum, Lavendulæ & Basilic. dissolut. f. Massa; ex quâ postea formentur vel Trochisci, vel Poma, seu

seu scuta aut pentacula, quæ in vitro confestim sine digestionem indurentur.

### *Vires & Usus.*

Est specificum odoriferum, quod in Cephalalgia frigida, Vertigine, Epilepsia, Apoplexia, Aura pestilentiali maligna, Colica, suffocatione Matricis, & procidentia Uteri, &c. præsertim quando Medicamenta non possunt intra corpus sumi, naribus vel alijs partibus admotum, Cor & vitales Spiritus supra modum refocillare solet.

### SAPO ODORATUS.

℞. Saporis Venet. in Aq. Narciss. diss.

Lib. j.

Rad. Ireos florent.

Unc. j.

Styracis calamita

Benzoini

ana Unc. s.

Lig. Aloës ponderos.

Santali citrini

ana Drach. ij.

Ambra grisea

Zibetta

ana Drach. j.

Mosch. Alexand.

Bals. Peruviani

ana Drach. s.

Ol. Lig. Rhodini, Lavendulae

Cinamomi, Caryophyllor.

ana Scr. j.

Misc. & cum Ol. Tartari per deliquium f. l. a globuli: Inter formandum autem manus cum oleis dictis simul inungantur.

# SECTIO X.

DE

## SUFFIMENTIS.

### SUFFIMENTUM ANGELICUM.

Rx. *Gum. Styracis calamit.*  
*Benzoini* ana p. æ.

Solvantur in aq. Rosarum opt. & fortiter sine morâ ex-  
 primantur; postea exsiccentur, pulverisentur & ad usum  
 ferventur.

Rx. *Hujus Pulveris ita præp.* Unc. j.  
*Lig. Aloës ponderos.* Drach. ij.  
*Rosar. rub. exsic.*  
*Ambra grisea* ana Drach j.  
*Zibeta non falsat.*  
*Moschi* ana Drach. s.  
*Bals. Peruviani odorif.*  
*Ol. Lig. Rhodini* ana Scr. j.  
*Eboris ad nigredinem calc.* q. s.

Misc. ritè cum aq. fragrantiss. Rosarum, & ex pastâ sub-  
 actâ formentur pastilli nigri, qui involvantur folijs Rosa-  
 rum, siccanturque in umbrâ, & vase vitreo reponantur.

### *Vires & Usus.*

CÆsares, Reges, Principes, alijque Magnates & divites  
 hisce ad suffumigandum magnificè utuntur, unus enim  
 vel duo super prunas lignitas positi, vel tempore hyemis  
 fornaci calido admoti, aut etiam in aq. Rosarum infusi & co-  
 cti, suavissimum, desideratissimum & quasi Angelicum &  
 cælestem odorem halant, & non solum cerebrum & vitales  
 Spi-

Spiritus jucundissimè recreant; verùm etiam maligni aëris contagia irrita reddunt.

## SUFFIMENTUM IMPERIALE.

|    |                                  |             |
|----|----------------------------------|-------------|
| ℞. | <i>Styrac. calamit. depurat.</i> |             |
|    | <i>Benzoini</i>                  | ana Unc. s. |
|    | <i>Lig. Aloes elect.</i>         | Drach. ij.  |
|    | <i>Zibethæ non falsat.</i>       | Drach. j.   |
|    | <i>Gallie Moschat. vera</i>      | Scr. j.     |
|    | <i>Ol. Caryophyllorum</i>        |             |
|    | <i>Rosar. veri</i>               | ana Scr. s. |

Mixta l. a. cum aq. Rosaceâ pastillicentur, & ad usum conserventur.

*Vires & Usus.*

CARBONIBUS ignitis injecti, gratissimum odorem excitant, qui non duntaxat venenosum, fætidum, putridū & corrosivum aërem corrigit; verum etiam jucundè & suaviter internos Spiritus, animosque hominum insigniter refocillat. Fumus etiam per infundibilum in orificium uteri immissus, mulieres suffocatas mirè revocat & omnes matricis motus inordinatos sistit. Cavendum tamen hic tegumentis necessarijs, ne odor ille suavis ad nares ægræ pertin-  
gat.

## SUFFIMENTUM EPILEPTICUM.

|    |                         |                |
|----|-------------------------|----------------|
| ℞. | <i>Succini alb.</i>     | Drach. xj.     |
|    | <i>Myrrha rub.</i>      |                |
|    | <i>Masticus elect.</i>  |                |
|    | <i>Gum. Anima</i>       |                |
|    | <i>Galbani</i>          |                |
|    | <i>E. am</i>            | ana Drach. ij. |
|    | <i>Visci quercin.</i>   |                |
|    | <i>Sem. Premia exc.</i> |                |

*Bac. Juniferi*  
*Ras. Corn. Alcis* ana Drach. j.  
*Absinthij*  
*Majorana*  
*Flor. Lavendulae*  
*Lilior. convall.*  
*Rosar. rub.* ana Drach. s.

Misc. & cum infusione tragacanth. facta in aq. Epileptica nost. f. l. a. Trochisci pro suffitu.

### Vires & Usus.

FUMUS hic supra carbones naribus Epileptici admotus, paroxysmum ipsi sedat, & valde prodest ijs, qui periculosos capitis morbos, qualis est apoplexia & paralytis, ti-ment. Contra strangulationes etiam & Uteri procidentiam recipitur.

### SUFFIMENTUM DE SANDARACA

*Rx. Sandaraca opt.* Unc. iiii.  
*Succini albi* Unc. ij.  
*Mastichis elect.*  
*Sem. Nigell. Rom.*  
*Coriand. prap.* ana Unc. j.  
*Rosar. rub. exsic.*  
*Gum. Anima*  
*Olibani* ana Unc. s.  
*Styrac. calamit.*  
*Benzoini* ana Drach. ij.  
*Flor. Papav. errat.*  
*Lig. Aloes* ana Drach. j.

Misc. & fiat pulvis grossus pro suffitu.

### Vires & Usus.

CARBONIBUS vivis inspergatur & fumus ad nares, caput, totumq;

totumq; corpus decenter suscipiatur & attrahatur: Quia in  
sistendis, & exsiccandis catarrhis omnibus, tam frigidis  
quam calidis, saluberrimus est.

## SUFFIMENTUM DE SUCCINO ALBO.

|     |                         |                 |
|-----|-------------------------|-----------------|
| Rx. | <i>Succini albi</i>     | Unc. .iij.      |
|     | <i>Sandaracæ</i>        | Unc. .ij.       |
|     | <i>Mastichis elect.</i> |                 |
|     | <i>Olibani</i>          | ana Unc. .j.    |
|     | <i>Gum. Animæ</i>       |                 |
|     | <i>Myrrhæ rub.</i>      |                 |
|     | <i>Rosar. rub. opt.</i> | ana Unc. .s.    |
|     | <i>Tacamahacæ</i>       |                 |
|     | <i>Styrac. calamit.</i> |                 |
|     | <i>Ladani puri</i>      | ana Drach. .ij. |
|     | <i>Origani Cret.</i>    |                 |
|     | <i>Thymi exsicc.</i>    |                 |
|     | <i>Serpilli</i>         | ana Drach. .j.  |

Misc. & f. pulvis grossus pro suffitu.

*Vires & Usus.*

Est pulvis valde illustris, quo supra carbonem imposito,  
suffumigentur tam caput, quam operimenta ejus. Est e-  
nim in omnibus catarrhis & defluxionibus tum prohiben-  
dis & sistendis, tum caput ab iisdem præservandis præstan-  
tissimus & famosissimus.

## SUFFIMENTUM DE TACAMAHACA.

|     |                                              |              |
|-----|----------------------------------------------|--------------|
| Rx. | <i>Verrucar. equarum tibijs adnascentium</i> |              |
|     |                                              | Unc. .j.     |
|     | <i>Gum. Tacamahacæ</i>                       |              |
|     | <i>Galbani</i>                               | ana Unc. .s. |
|     | <i>Cornuum Ung. Capra.</i>                   |              |

Ana 3

Snc.

## SECTIO X.

*Succini citrin.*

ana Drach. ij.

*Blattæ Bizantie**Castorei veri*

ana Drach. j.

Misc. & cum Terebinth. alb. formentur trochisci pro suffitu.

*Vires & Usus.*

**F**umus hic per tritorium vel retortam detruncatam, utero supra sedem clausam, instante paroxismo, immisus, vel etiam naribus admotus, quasi momento mulieres suffocatas reducit, & sufficit ad tollendas omnes matricis strangulationes Sed mirum est Uterum hunc sustinere fætorem, cum aliàs ejus sit impatientissimus.

## SUFFIMENTUM DE SABINA.

℞. *Herb. Sabina recent. exsic.* Unc. s.

*Styrac. Calamit.**Myrrha rub.**Opopanacis**Sagapeni*

ana Drach. ij.

*Cinamomi acut.**Pulegij utriusq; sic.**Bac. Lauri**Sem. Cymini*

ana Drach. j.

*Troch. Alhandel**Treos florent.**Asari*

ana Drach. s.

*Gallia Moschata vera**Alypta Moschat.*

ana Scr j.

Misc. & cum terebinth. alb. f. Trochisci magni pro suffitu.

*Vires & Usus.*

**P**onatur unus ex his super prunas vivas & recipiatur fumus per infundibulum; (nisi sint puellæ non devirgina-

tæ, quibus etiam nec suppositoria seu pessaria possunt im-  
mitti) Est enim ad cienda muliebria probatissimus. Si mu-  
lier est paupercula omittantur Ambra & Moschus.

## SUFFIMENTUM DE HYPOCISTIDE.

|                       |                |
|-----------------------|----------------|
| ℞. Hypocistid.        | Unc. j.        |
| Succini albi          |                |
| Cort. Thuris          | ana Unc. s.    |
| Ufneæ quercin. exsic. |                |
| Galbani opt.          |                |
| Colophonie            |                |
| Asphalti              | ana Drach. ij. |
| Cupul. Glandium       |                |
| Bisfortæ              |                |
| Balaustior.           | ana Drach. j.  |
| Rosar. ruber.         |                |
| Caryophyllorum        |                |
| Castorei              | ana Drach. s.  |

Misc. & excipiantur terebinthinâ alb. & fiant Trochisci magni pro fumo.

## Vires &amp; Usus.

EXperimentum est contra Uteri procidentiam, videlicet, quando matrix de loco suo naturali ad inferiora descēdit, tunc mulier per infundibulum magnum manē & vespere fumum hunc recipiat, & propter gravem odorem brevi liberabitur.

## SUFFIMENTUM DE CORNU

## CAPRINO.

|                          |             |
|--------------------------|-------------|
| ℞. Ras. de Cornu Caprino | Unc. ij.    |
| Succini citrini          |             |
| Myrrha rub.              | ana Unc. j. |
| Lig. Juniperini          |             |

Flor.

|                         |                 |
|-------------------------|-----------------|
| <i>Flor. Sulphuris</i>  | ana Drach. vj.  |
| <i>Rad. Enula camp.</i> |                 |
| <i>Angelica hort.</i>   |                 |
| <i>Caryophyllata</i>    | ana Unc. s.     |
| <i>Olibani</i>          |                 |
| <i>Bentzoïn</i>         |                 |
| <i>Ladani</i>           |                 |
| <i>Styrac. cal.</i>     | ana Drach. iij. |
| <i>Rosar. ruber.</i>    |                 |
| <i>Absinthij</i>        |                 |
| <i>Ruta hort.</i>       |                 |
| <i>Scerdij</i>          | ana Drach. ij.  |
| <i>Fol. Lauri</i>       |                 |
| <i>Caryophyllor.</i>    |                 |
| <i>Camphora</i>         | ana Drach. j.   |

Misc. & cum terebinth. cypriâ formentur Trochisc  
pro fumo.

### *Vires & Usus.*

**F**Acere ex his suffimigia tempore pestis in cameris alijsq  
partibus domus valde utile est : Quia hic fumus corru  
ptum & pestiferum aërem mirum in modum rectificat, &  
mansiones totas ab omnibus infectionibus mundificat, li  
berat atque præservat. Non autem aër ille artificialis sem  
per totâ die necessariò teneatur occlusus ; sed tam in æstate  
quam hyeme (vento tamen septentrionali, & aëre claro &  
non turbido stante) fenestræ interdum aperiantur & per  
mittantur intrare radij solares, maximè manè per horam  
vel duas post Solis ortum. Quoniam hi venti ob singularem  
frigiditatem & siccitatem judicantur meliores resistere pu  
trefactionibus : Meridionales verò & occidentales dete  
riores.

## SUFFIMENTUM DE VITRIOLO.

|                             |                |
|-----------------------------|----------------|
| Rx. Vitrioli virid.         | Unc. viij.     |
| Nitri purgati               |                |
| Myrrhæ rub.                 | ana Unc. iiij. |
| Flor. Sulphuris simpl.      |                |
| Succini citrini             | ana Unc. ij.   |
| Bac. Lauri rec.             |                |
| Juniperi                    | ana Unc. js.   |
| Ras. Cornu Cervi            |                |
| Olibani                     | ana Unc. j.    |
| Fol. Scordij                |                |
| Rutæ                        |                |
| Rosar. ruber.               | ana Unc. s.    |
| Misc. & f. pulvis pro fumo. |                |

*Vires & Usus.*

[Nfundantur pulverisata in Aceti vini s. q. & de hoc infunde guttatim in lateres ignitos, ad faciendum fumum, qui venenatam auram in locis & domibus infectis consumit, vestesque quibus adhæret, à veneno liberas facit.

## SUFFIMENTUM DE VERBASCO.

Rx. Rad. & Herb. Verbasci ana Unc. j.  
Pulverisentur, misceantur & cum Terebinthinâ albâ fiant l a. Trochisci.

*Vires & Usus.*

DE his duo, tres, vel plures prunis candentibus impositi, ita ut fumus sursum ad intestinum rectum tendat, in Ternesmo, & alijs alvi profluvijis singulare sunt experimentū; sed etiam undique circumtectâ, ne aliundè fiat exhalatio: Et hoc ter vel quater, immò sæpius in die repetendum, & brevi incolumis evadet.

# SECTIO XI.

DE

## SALIBUS COMPOSITIS. SAL APOPLECTICUM.

|            |                                           |                      |
|------------|-------------------------------------------|----------------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Sem. Eruca</i>                         | <i>Lib. ij.</i>      |
|            | <i>Rad. Lilior. convall.</i>              |                      |
|            | <i>Pyrethri</i>                           |                      |
|            | <i>Caryophyllata</i>                      | <i>ana Lib. j.</i>   |
|            | <i>Ceraforum nigror. sy. vest. exsic.</i> |                      |
|            |                                           | <i>Lib. s.</i>       |
|            | <i>Bac. Juniperi</i>                      |                      |
|            | <i>Lauri</i>                              | <i>ana Unc. iij.</i> |
|            | <i>Herb. Jva arthetice.</i>               |                      |
|            | <i>Majorana</i>                           |                      |
|            | <i>Rorismarini</i>                        |                      |
|            | <i>Origani</i>                            |                      |
|            | <i>Hyssopi</i>                            |                      |
|            | <i>Salvia acut.</i>                       | <i>ana Unc. iij.</i> |
|            | <i>Flor. Calendulae</i>                   |                      |
|            | <i>Lavendulae</i>                         |                      |
|            | <i>Primulae veris</i>                     |                      |
|            | <i>Betonicae</i>                          | <i>ana Unc. ij.</i>  |

Mixta in reverberio, indeq; non modo vulgari, sed secundum artem spagyricam, salem candidissimum & crystallinum elicias, quod etiam in cæteris observandum, & hic semel admonuisse, sufficit.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Apoplexiâ & Paralyfi &c præsentaneum est remedium; Humores enim discutiendo, & attenuando, homi-

non

nem excitat, totiusque corporis sensum ac motum restituit. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. & Drach. s. in vehiculis specificis.

## SAL EPILEPTICUM.

Rx. Rad. Palmæ Christi Lib. ij.

Angelicæ

Pæoniæ

Pyrethri

ana Lib. j.

Sem. Pæoniæ

| <i>Rx. Amygdalar. dulc.</i> | Unc. viij.     |
| <i>Calami aromat.</i>       |                |
| <i>Zingib. alb.</i>         |                |
| <i>Gran. Paradis.</i>       | ana Unc. j.    |
| <i>Menta crispa</i>         |                |
| <i>Zedoaria</i>             |                |
| <i>Gran. Juniperi</i>       |                |
| <i>Rad. Pimpinellæ</i>      | ana Drach. vj. |
| <i>Acori aquat.</i>         |                |
| <i>Caryophyllatæ</i>        |                |
| <i>Tormentilla</i>          |                |
| <i>Enulæ camp.</i>          | ana Unc. s.    |
| <i>Galang. min.</i>         |                |
| <i>Nuc. Moschat.</i>        |                |
| <i>Massich. elect.</i>      |                |
| <i>Caryophyllor.</i>        |                |
| <i>Maceris</i>              |                |
| <i>Piperis longi</i>        |                |
| <i>Cinamomi</i>             |                |
| <i>Sem. Ameos</i>           | ana Drach. ij. |

Terantur, misc. & cum Sachari alb. s. q. in aq. Stomachali nost. dissolut. fiat Electuarium; cui adde. Elix. Vitriol. nost. q. s. ad gratam acetositatem, vel utere per se.

*Vires, Usus, Dosis.*

✓ *Ventriculum calefaciendo mirè reborat. Ejus mollitiem corrigit. Imbecillitatem firmat. Concoctionem juvat. Appetentiam dejectam suscitatur. Ventrem inferiorem totum nutritionis instrumenta confortat. Et est propemodum omnium frigidarum ægitudinum peculiare remedium. Propriè tamen ad exsiccandum humiditates Ventriculi intentum est. Dosis per se, manè, meridiè & vesperi, quantitas nuc. Moschat. superbibendo vini Malvatici 3. vel 4. Cochlear. vel Unc. j. aq. nost. Stomachalis.*

# ELECTUARIUM ABSINTHIA-

CUM

R. *Cons. Absinthij Pont.* Unc. iij.

*Card. benedict.*

*Fumaria*

*Cochlearia* ana Unc. j.

*Flor. Centaur. min.*

*Cichorei*

*Sambuci* ana Unc. s.

*Cort. Aurantiorum condit.*

*Nuc. Indica condit.* ana Drach. vj.

*Spec. Diacurcuma*

*Diacubeba*

*Dialacca* ana Drach. iij.

*Tinct. Corallor. sicca*

*Mag. Croci Martis* ana Drach. ij.

*Stercoris Anserini verno tempore collect.*

*Rhabarbari opt. & elect.* ana Drach. js.

*Sal. Absinthij* Drach. j.

*Ol. Salis rectif.*

Scr j.

Misc. & cum Syrup de Scolopendriâ & Capil. Veneris  
ana s. q. f. Electuarium.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**ecinoris, Lienis & Vesicæ felleæ obstructions etiam  
contumacissimas & desperatissimas aperit atque tollit.  
Propterea in Ictericâ utraq̃ue, Hydrope, &c. Experimen-  
tum est nobilissimum. Dosis manè ante cibum per tres ho-  
ras & vesperi eundo cubitum, quantitas Castaneæ, plus mi-  
nusve,

## ELECTUARIUM. DE SCORZO.

N E R A.

|                                    |                |
|------------------------------------|----------------|
| <i>Rad. Scorzonera condit.</i>     | Unc. vj.       |
| <i>Cons. Rosar. rub. viriolat.</i> | Unc. iij.      |
| <i>Spec. Diarrhodon. Abbat.</i>    |                |
| <i>Diacubeba</i>                   | ana Unc. j.    |
| <i>Hepatis Lupi præp.</i>          |                |
| <i>Nitri præpar.</i>               | ana Drach j.   |
| <i>Sem. Acetosa</i>                |                |
| <i>Melon. excort.</i>              | ana Scr. iiij. |
| <i>Tinct. Corallor. sicca</i>      |                |
| <i>Sal. Absinthij</i>              | ana Drach. s.  |

Misc. & cum Rob. de Berberis & Ribes ana s. q. fiat E-  
lectuarium. Cui adde Sp. Sulphuris q. s. ad gratiam.

*Vires, Usus, Dosis.*

**G**eneraliter cuilibet complexionì calidæ confert: Prin-  
cipaliter autem in debilitate, obstructione & dolore E-  
patis valet. Bilis flavæ, febriumque ardentium æstus ac  
fervorem mitigat, jecurque inflatum præcipuè refrigerat,  
alterat atque confortat. Dosis à Drach. j. ad Unc. s.

ELE-

DE CONFECTIONIBUS LIQUIDIS  
ELECTUARIUM DE NITRO.

235

|     |                             |                |
|-----|-----------------------------|----------------|
| Rx. | Rad. Eryngij condit.        | Unc. iiij.     |
|     | Spec. Lithontribon.         | Unc. ij.       |
|     | Man. Christi simpl.         | Unc. js.       |
|     | Nitricum Sp. Vitrioli præp. |                |
|     | Sal. Absinthij              | ana Drach. vj. |
|     | Ol. Succini alb. rect.      |                |
|     | Anisi                       | ana Drach. s.  |

Misc. & cum Syrup. Zingib. de Bingalâ condit s, q. fit Electuarium.

*Vires, Usus, Dosis.*

Virtuosissimè & potentissimè calculum Renum & Vesicæ frangit, & per urinam expellit. Insuper in Colicâ, affocatione Matricis, obstructione Hepatis & Lienis, debilitato Ventriculo, Febribusque quam plurimis, secretum est. Dosis à Drach. j. ad Drach. ij. vel tres manè, meridiè & vespere longè post pastum.

ELECTUARIUM DISENTERICUM.

|     |                           |                |
|-----|---------------------------|----------------|
| Rx. | Conf. flor. Papav. errat. |                |
|     | Rosar. antiq.             | ana Unc. iiij. |
|     | Conf. Narcotica nost.     | Unc. ij.       |
|     | Theriac. Venet. rec.      | Unc. j.        |
|     | Tinct. Corallor. sicca    |                |
|     | Lap. Hematit.             |                |
|     | Ess. Croci Martis         | ana Drach. ij. |
|     | Troch. de Carabe          |                |
|     | de Terrâ Sigil.           |                |
|     | de Spodio                 | ana Drach. j.  |
|     | Ol. Nuc. Moschata         |                |
|     | Caryophyllorum            | ana Scr. j.    |

Misc. & cum Diacodio nostro Crocatof. Electuarium ut est artis.

L g 2

*Vires,*

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D, omnia dolorifica ventris profluvia sistendum, sanguinem undecunque fluentem, menstrua, sputum, fluxumque sanguineum & hæmorrhoidalem restringendum, somnum conciliandum, ulcera Pectoris, Pulmonis & Vescicæ consolidandum, medicamentum est specificum. Dosis à Drach. j. ad Drach. ij. vel tres, vesperi eundo cubitum, horis aliquot post, longè à pastu, vel Jejuno ventriculo manè in vehiculis appropriatis locum affectum propriè respicientibus, vel per se &c.

**DIASCORDIUM ROSATUM.**

|            |                                                         |                   |
|------------|---------------------------------------------------------|-------------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Cons. Rosar. rub. vitriolat.</i>                     | Unc. xj.          |
|            | <i>Boli Armen. præp.</i>                                | Drach. iij.       |
|            | <i>Scordij veri</i>                                     | Drach. ij.        |
|            | <i>Diptam. Creticæ</i>                                  |                   |
|            | <i>Rad. Tormentill.</i>                                 |                   |
|            | <i>Bistortæ</i>                                         |                   |
|            | <i>Gentiana</i>                                         |                   |
|            | <i>Terræ Lemniæ</i>                                     |                   |
|            | <i>Cinamomi</i>                                         |                   |
|            | <i>Cassia lignea</i>                                    |                   |
|            | <i>Gum. Arabici</i>                                     |                   |
|            | <i>Galbani</i>                                          |                   |
|            | <i>Styrac. calc.</i>                                    | ana Drach. j.     |
|            | <i>Piperis longi</i>                                    |                   |
|            | <i>Zingib. alb.</i>                                     | ana Drach. s.     |
|            | <i>Opij sſagyrice præp. &amp; in vino aromat. diff.</i> |                   |
|            | <i>Sem. Acetose</i>                                     | ana Gran. xxij j. |

Et cum Syr. Acetos. Citri misce in formam Electuarii crassi.

*Vires*

*Vires, Usus, Dosis.*

U Timur secundum mentem Hieronymi Fracastorij feliciter in ijs, in quibus Theriaca locum non habet, ut pueris & gravidis. In Peste, & morbis Epidemicis correptis, & extremè desperatis, sequenti modo exhibere & propinare solemus :

|     |                               |             |
|-----|-------------------------------|-------------|
| Rx. | <i>Suc. Citri exp.</i>        | Unc. j.     |
|     | <i>Aceti flor. Sambuc.</i>    |             |
|     | <i>Syr. è suc. Acetosell.</i> | ana Unc. s. |
|     | <i>Diascordij rosat.</i>      | Drach js.   |
|     | <i>Pul. Bezoart. nost.</i>    | Scr s.      |

Misce & fiat haustus, qui mirabiliter operatur, & omnia venenosa virtuosissimè per sudorem expellit.

## SECTIO XIV.

D E

## CONFECTIONIBUS CATHARTICIS.

## CATHARTICUM CÆSAREUM.

|     |                                                   |               |
|-----|---------------------------------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Zingiberis de Chinâ condit.</i>                | Unc. j.       |
|     | <i>Mag Scammonij</i>                              | Unc s.        |
|     | <i>Conf. Alkermes</i>                             | Drach js.     |
|     | <i>Spec. Diarrhod. Abb. Sp. vitrioli irrorat.</i> |               |
|     | <i>Cryst. Tartari</i>                             | ana Drach. j. |
|     | <i>Gallia Moschat. vera</i>                       | Scr. j.       |
|     | <i>Ol. Cinnamon</i>                               | Scr. s.       |
|     | <i>Syrup. suprâ dicti Zingib. cond.</i>           | q. s.         |

Misce in formam boli pro usu.

*Vires, Usus, Dosis.*

Gg 3

In

**I**N omnibus frigidis affectibus, jucundum est catharticū; quod Principibus & Magnatibus ordinare solemus. Corpus enim humanū magnificē & sine omni læsione, perpurgat. Animum recreat. Appetitum excitat. Omnia membra principalia roborat. Fætorem oris & nasi emendat. Sanguinem rectificat. Flatus dissipat & Colicis cruciatibus mirē confert. Dosis à Drach j ad Scr. iiij.

### CATHARTICUM REGIUM.

|            |                                                |               |
|------------|------------------------------------------------|---------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Conf. Alkermes vitriolat.</i>               | Drach. x.     |
|            | <i>Mag. Scammonij</i>                          | Unc. s.       |
|            | <i>Pulv. Rosar. rub. Sp. vitrioli irrerat.</i> |               |
|            | <i>Acidi Tartari</i>                           | ana Drach. j. |
|            | <i>Nitri preparat.</i>                         | Scr j.        |

Misce in formam boli prouso.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**onfectionem hanc Alkermes solutivam pro delicatis inveni; & est in febribus malignis, & affectibus omnibus calidis, biliosis, & ex materiā mixtā enatis saluberrimum catharticum; quo Reges & Principes utuntur. Utramque enim bilem, sine nausēa & molestiā purgat, malorumque humorum reliquias, nec non ad articulos, renes & vesicam decumbentes humores tartareos, cor refrigerando, sanguinem mundificando, membrisque principalibus robur addendo, suaviter & blandē educit. Dosis à Drach. j. ad Scr. iiij.

### ANNOTATIO.

**P**RO tenuioris fortunæ hominibus loco Conf. Alkermes, Conf. Violar. vitriolat. substituitur, & æque efficax est compositio.

DE CONFECTIIONIBUS CATHARTICIS.  
CATHARTICUM ROSARUM.

239

Rx. Conf. Rosar. rub. vitriolat. Unc. vij.  
Scammonij Rosat. Drach. x.  
Spec. Diarrhod. Abb. Sp. Vitrioli ir-  
rorat. Unc. j.  
Nitri præp. Drach. js.  
Ol. Cinamomi Scr. j.

Et cum modico Syrup. Rosat. solut. vitriolat. misce in formam boli.

*Vires, Usus, Dosis.*

Expellit flavam bilem citra molestiam, & Epar calidum alterando & confortando expurgat. Ad morbos articu-  
lorum ex biliosis & calidis humoribus natos, & ad Febres tertianas mirè confert. Boni insuper & grati saporis est, ori  
ventriculo & visceribus gratum; Propterea nauseabundis  
picrocholis, delicatulis virginibus, pueris & senibus, ca-  
tharticum conveniens & appropriatum est; qui inde non  
exiguum fructum percipiunt. Dosis à Drach. ij ad Drach.  
iij magno emolumento & nullâ ægrotantium molestiâ ex-  
hiberi potest.

CATHARTICUM VIOLATUM.

Rx. Conf. Violar. rec. vitriolat. Unc. iiij.  
Hermodact. veror. & à cort. mund. Unc. iij.  
Mag. Scammonij Drach. x.  
Tartari vitriolat. Drach. vj.  
Cinamomi acut.  
Caryophyllor.  
Zingib. alb. ana Drach. j.  
Ol. Cymini Scr. j.

Et cum Syrup. è suc. Violar. vitriolat misce in formam  
boli. *Vires,*

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**Æc de Hermodactilis confectio, est admirandæ virtutis & facultatis in Arthritide, Schiaticâ & similibus puncturarum doloribus; purgat enim securè & leniter omnes defluxiones podagricas: vidimus etiâ multos podagricos perpetuo cruciatu languentes, & in lectulo miserè jacentes, hoc cathartico aliquoties usos, adhibitis simul in unctionibus externis, adeo revaluisse, ut expeditiores, quàm antea, ad solita negotia redierint. Verùm non duntaxat præsentè jam morbo, sed quolibet anno bis, vere scilicet & autumnò præservationis gratiâ prudenter utendum. Dosis à Drach. ij. ad Drach. iiij.

**CATHARTICUM CARTOPHTL-  
LATUM.**

|            |                                      |                |
|------------|--------------------------------------|----------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Cons. flor. Tunica vitriolat.</i> | Unc. viij.     |
|            | <i>Turbitib. alb. &amp; gum.</i>     | Unc. ij.       |
|            | <i>Scammoij rosat.</i>               | Drach. x.      |
|            | <i>Caryophyllor. elect.</i>          | Unc. j.        |
|            | <i>Cryst. Tartari</i>                | Drach. vj.     |
|            | <i>Cinamomi acut.</i>                |                |
|            | <i>Macis</i>                         | ana Drach. js. |
|            | <i>Ol. Aurantiorum</i>               | Scr. j.        |

Et cum Syrup. Cort. Citri Moschat. misce in formam boli.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**Xcrementa humorum frigidorum, maximè pituitosorū ac putridorū, Capiti, Pectori, Ventriculo, Articulis, Intestinis aliisque membris principalibus & nutritionis instrumentis inhærentia, suaviter & copiosè educit. Febribus compositis & diuturnis auxiliatur. Colicis cruciatibus à causâ frigidâ; iminò ceteris morbis omnibus ex crudo & frigi-

frigido humore ortis, mirabiliter prodest. Tum quoque remedio est ijs, quibus cibus in ventriculo acescit, quique nausea assidue infestantur & salivâ abundant. Dosis à Drach. js ad Drach. ij & Drach. iij. præsertim in robustioribus, plus minusvè, pro ratione ætatis, temporis & fumentis viribus.

## ZINGIBER PURGANS.

|     |                                   |               |
|-----|-----------------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Corf. Anthos</i>               | Unc. iij.     |
|     | <i>Zingib. de Bingalâ condit.</i> | Unc. iij.     |
|     | <i>Scammonij rosat.</i>           | Drach. x.     |
|     | <i>Spec. Diarrhœd. Abb.</i>       | Unc. s.       |
|     | <i>Galang. min.</i>               |               |
|     | <i>Macis</i>                      | ana Drach. j. |
|     | <i>Cardamomi min.</i>             |               |
|     | <i>Caryophyllor.</i>              | ana Scr. ij.  |
|     | <i>Flav. Cort. Aurantior.</i>     |               |
|     | <i>Citri</i>                      | ana Drach. s. |
|     | <i>Gallie Moschat. vera</i>       | Scr. j.       |

Et cum Syrup. supradicti Zingib condit. misce informam boli.

## Vires, Usus, Dosis.

**C**ORpus universum à phlegmate, cholerâ, ceterisque vitiosis humoribus omnibus incolumiter purgat. Ex Stomacho utramque bilem deducit, & os jucundè olens reddit. Intestina frigida confortat, frigiditatemq; removet. Flatus crassos dissolvit & Sanguinem clarificat. Non est ingrati saporis & odoris; sed valdè salubris in febribus quam plurimis, omnibusque morbis à causâ frigidâ ortis; nec non in Colicâ, Inflatione & dolore Ventriculi, Cordis, Jecinoris, Splenis, Renum & dorsi. Dosis à Drach. ij. ad Drach. iij. in aurorâ matutinâ.

## CINAMOMUM LAXATIVUM.

|     |                                            |            |
|-----|--------------------------------------------|------------|
| Rx. | <i>Sachari albiß. in aq. Cinamomi diß.</i> | Unc. iiij. |
|     | <i>Scammonij rosat.</i>                    | Drach. vj. |
|     | <i>Spec. Diacinamomi</i>                   | Unc. s.    |
|     | <i>Ol. Cinamomi</i>                        | Scr. j.    |

Misce in formam boli, pro usu.

*Vires, Usus, Dosis.*

**B**ilem utramque & pituitam ex capite, thorace, ventriculo, epate, juncturis &c. & sine molestia elicit. Ethæ compositio potest etiã fieri in formâ solidâ Dosis à Drach. ij. ad Drach. iiij.

## CATHARTICUM CHOLAGOGUM.

|     |                                          |                |
|-----|------------------------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Suc. Rosar. rub. express.</i>         |                |
|     | <i>Sachari albiß.</i>                    | ana Unc. viij. |
|     | <i>Spec. Diarrhod. Abbat. vitriolat.</i> | Drach. jx.     |
|     | <i>Mag. Scammonij</i>                    | Unc. j.        |
|     | <i>Spodij</i>                            | Drach. js.     |
|     | <i>Gallie Moscat.</i>                    | Scr. j.        |

Sacharum cum suc. Rosarum ad consistentiam coquantur, deinde tritæ species adjiciantur, ut f. Elect. de suc. Rosarum nostrum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**d purgandum materiam calidam & biliosam in omnibus morbis calidis & biliosis affectibus, felicissimè expulcor, Dosis à Drach. ij. ad Drach. iiij.

## CATHARTICUM VITÆ.

|     |                        |            |
|-----|------------------------|------------|
| Rx. | <i>Theriac. Veneta</i> | Unc. iiij. |
|-----|------------------------|------------|

*Spe.*

Spec. Diaëſula noſt. Unc. js.

Mercur. vita Drach. j.

Misc. & cum Syrup. pectoral. noſt. f. Electuarium  
crasſum.*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Febribus, Peſte, Capitis morbis Lue Venereâ, Leprâ,  
Cacochymiâ, Hydrope, Ulceribus fœtidis &c. medica-  
mentum eſt præſtantiffimum, & in Quartanâ ſecretum:  
Quia in toto corpore humano nihil impuri relinquit. Doſis  
à Drach. j. ad Drach. js. & Drach. ij Et non detur antè ci-  
bum, ſed à paſtu: nam ita promptius ægrotantes evomunt.

## DIATURBITH MINERALE.

℞. Mithridat. Dam. Unc. iiij.

Turbith mineral. veri

Spec. Diarrhod. Abb. ana Unc. s.

Sp. Vitrioli rectificat.

Ol. Carminat. noſt. ana Scr. j.

Miſce cum Syrup. de Jujubis in formam Electuarij  
crasſi.*Vires, Uſus, Doſis.*

IN morbis deſperatis, utpote: Hydrope, Lue Venereâ,  
Podagrâ, Ictერიâ &c Catharticum eſt excellens; habet  
enim vim expellendi In fiſtulis, ulceribus malignis, Peſte,  
Febribus multis &c nil præſtantius aut nobilius. Doſis à  
Drach. j. ad Drach. js ſuperbibendo parum vini albi.

## CONFECTIO PASSULATA.

℞. Fol. Senæ ſ. ſlip. Unc. iiij.

Rad. Polypodij querc. Unc. ij.

Hb 2

Scor=

## SECTIO XIV.

*Scorzonera**Buglossa*

aqua Unc. j.

*Cichorei**Glycyrrhiza*

ana Unc. s.

*Vini Malvatici*

Lib. iiij.

Incisa & contusa ebulliant & in Colaturâ expressâ  
 terum infunde per noctem:

*Flor. Malvæ arbor. rub.**Persicorum**Violarum**Rosarum**Acatia*

ana P. ij.

*Zingib. alb.**Cinamomi**Galang. min.*

ana Drach. j.

Deinde colentur cum forti expressione & in Colaturâ  
 denuò infunde:

*Passular. Corinth. repurgatar. & vino albo*  
*elotar.* Unc. vj.

*Sem. Carthami exort.*

Drach. iiij.

*Jujuben**Sebesten**Prunor. parvor. exossat.* ana Nr. xxj.

Coq. & extrahantur per cribrum mundum addendo

*Man. Christi annisat.*

Unc. iiij.

*Pulp. Tamarindor.**Manna elect.*

ana Unc. js.

*Crem. Tartari*

Unc. j.

Misc. & inspissentur ad formam Electuarij mollis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**S**uavissimum & mitissimum est medicamentum, leniens,  
 & confert ijs, qui semper durâ sunt alvo: Hanc enim si-  
 ne

ne molestiâ & innoxie subducit; nec non tam flavam quam atram bilem leniter educit. Sanguinem insuper mundificat & ejus acrimoniam compescit. Renum quoque & Vesicæ vitiis prodest, & à calculi generatione prohibet. Dosis à Drach. iij. ad Unc. s. plus minusvè.

## CATHARTICUM PASSULATUM.

|     |                              |          |
|-----|------------------------------|----------|
| Rx. | <i>Conf. Passulata nost.</i> | Unc. ij. |
|     | <i>Rad. Gialappa gumos.</i>  | Unc. j.  |
|     | <i>Ol. Anisi</i>             | Scr. j.  |

Et cum Syrup. Cinamomi misce in formam boli pro usu.

*Vires, Usus, Dosis.*

P<sup>l</sup>uitam, utramque bilem & aquam evacuat, ceterosque humores & peccantes materias omnes educit. Flatus expellit. Obstructiones referat. Sanguinem puriorem reddit. Articulorum, Coli & Renum doloribus utile est. Asthmati, Tussi veteri, & Lue Venereâ vexatis convenit. Molesta etiam non est hujus Cathartici sumptio; quia nullius mali saporis est particeps: Ideoque omnibus, qui vetera medicamenta respuunt, amicissimum est. Dosis à Drach. ij. ad Drach. iij.

CATHARTICUM PERUVIANUM  
LIQUIDUM.

|     |                                 |             |
|-----|---------------------------------|-------------|
| Rx. | <i>Elect. Diacori</i>           | Unc. vj.    |
|     | <i>Ext. Gum. de Peru rosat.</i> | Unc. j.     |
|     | <i>Spec. Diarrhod. Abb.</i>     | Unc. s.     |
|     | <i>Ext. Granor. Chermes</i>     | Drach. iij. |
|     | <i>Gallie Moschat. vera</i>     | Drach. s.   |
|     | <i>Ol. Macis</i>                | Scr. j.     |

Et cum pauxillo Syrup. Cort. Citri condit. f. Electuarium crassum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N valentissimis & contumacibus morbis quam plurimis. serosa excrementa, seu aquas in abdomine collectas, & pituitam tam crudam quam crassam ex partibus etiam remotissimis potentissimè evacuat: Ob id Arthritidi & articularijs morbis convenit; nec non Hydropem, Ascitem & Anasarcam juvat. Dosis à Drach. ij ad Drach. iij.

## CATHARTICUM PERUVIANUM

Solidum pretiosum.

|     |                                 |             |
|-----|---------------------------------|-------------|
| Rx. | <i>Ext. Gum. de Peru rosat.</i> | Unc. s.     |
|     | <i>Spec. Diarrhod. Abb.</i>     | Drach. ij.  |
|     | <i>Conf. Alkermes</i>           | Drach. j.   |
|     | <i>Gallia Moschat. veræ</i>     | Scr. j.     |
|     | <i>Ol. Cinamomi</i>             | ana Scr. s. |

Misc. & cum Sachari albifs. in aq. Rosar. diss. Unc. iiij  
fiat l. a. Confectio in Morisulis.

## CATHARTICUM PERUVIANUM

Solidum commune, pro tenuioris  
fortune hominibus,

|     |                                 |               |
|-----|---------------------------------|---------------|
| Rx. | <i>Ext. Gum. de Peru rosat.</i> | Unc. s.       |
|     | <i>Cort. Citri condit.</i>      |               |
|     | <i>Aurantior. cond.</i>         | ana Drach. j. |
|     | <i>Cassia lignea</i>            |               |
|     | <i>Caryophyllorum</i>           |               |
|     | <i>Zingib. albi</i>             |               |
|     | <i>Macis</i>                    | ana Scr. j.   |
|     | <i>Ol. Anisi</i>                | ana Scr. s.   |

Misc. & cum Sachari albifs. in aq. Fœniculi diss. Unc. iiij, fiat l. a. Confectio in Morisulis.

*Vire.*

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D expurgandum crassos, serosos & tartareos humores in Hydrope, Podagrâ, Ictericâ, Scabie, morbo Gallico & similibus existentes, secretum est. Dosis à Drach. js. ad Drach. ij.

## PASSULÆ LAXATIVÆ.

|                           |                 |
|---------------------------|-----------------|
| ℞. Fol. Senæ s. stipt.    | Unc. iij.       |
| Rad. Turbith. alb. & gum. |                 |
| Gialappa                  | ana Unc. j.     |
| Mag. Scammonij            |                 |
| Rhabarb. elect.           | ana Unc. s.     |
| Sem. Faniculi             |                 |
| Anisi                     | ana Drach. iij. |
| Flor. Cordial.            | ana P. j.       |

Misc. & infunde in s. q. Sp. Vini rectificat. stent infusa, quoad perfectè tingatur, sapore atque virtute ingredientium bene imbuatur: Postea tinctum Spiritum aufer per inclinationem & illum Passulis Corinth. Unc. ix. suffunde, digerantur; donec Passulæ Spiritum sufficienter imbibant: Et tunc demùm Passulis exemptis adde:

|                 |                |
|-----------------|----------------|
| Cinamomi acut.  |                |
| Caryophyllorum  | ana Drach. ij. |
| Piperis longi   |                |
| Galang. min.    |                |
| Zingib. alb.    | ana Drach. js. |
| Spica Indic.    |                |
| Gallie Moschat. | ana Scr. s.    |

Et cum Syrup. Rosat. solutivo s. q. fiat l. a. conditum,

*Vires,*

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**elancholicos & adustos humores purgant. Serosam aquarum colluviem exhauriunt & pituitam falsam debilitant: Inde Leporam, cutis seditatem & scabiem elegantissime eluunt. In Arthritide, angustia pectoris, calculo, catarrhis, dolore & tumore utriusque lateris, remedium est excellens. Dosis ab Unc. s. ad Drach. vj. plus minusve pro ratione complexionis & sexus.

**CATHARTICUM TEREBINTHINATUM.**

|                                                       |                |
|-------------------------------------------------------|----------------|
| <i>Rx. Terebinth. alb. in suc. Limonum aliquoties</i> |                |
| <i>lotæ</i>                                           | Unc. iij.      |
| <i>Spec. Lithontribon.</i>                            | Unc. j.        |
| <i>Mag. Scammonij</i>                                 | Drach. vij.    |
| <i>Cass. rec. extract.</i>                            |                |
| <i>Medul. Sem. Carthami</i>                           | ana Unc. s.    |
| <i>Turbith. alb. &amp; gum.</i>                       |                |
| <i>Tartari Vitriolat.</i>                             | ana Drach. ij. |
| <i>Ol. Cinamomi</i>                                   | Scr. j.        |
| <i>Chamomill. Rom.</i>                                |                |
| <i>Anisi</i>                                          | ana Scr s.     |

Misce cum Syrup. Rosar. solut. s q. in formam boli ve  
Electuarij crassi.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**atharticum hoc Terebinthinatum, à Renibus potissimum & Vesicâ decumbentes humores phlegmaticos pituitosos, crassos & tartareos purgat, coagulatum tartari dissolvit, & in omnibus calculorum generibus, in quibus cunque etiam sint corporis partibus, purgans est stupendè & mirabile. Dosis à Drach. js ad Drach. ij. plus minusve in vino odorifero & bono.

TEREBINTHINA LAXATIVA.

℞ Terebinth. in aq. Rosar. lot. Drach. ij.  
 Tartari vitriolat. Drach. s.  
 Sal. Succini alb.  
 Rhabarb. elect. ana Scr. s.

Misc. & cum sacharo & pulvere Glycyrrhizæ f. Bolus  
 prounâ dosi.

TEREBINTHINA PURGANS.

℞. Terebinth. in aq. Violar. lota Drach. ij.  
 Acidi Tartari Scr. j.  
 Mag. Lap. Percar.  
 Oc. Cancrī  
 Scammonij ana Scr. s.

Misc. & cum Sacharo & pulvere Cinamoni f. bolus pro  
 inâ dosi.

*Vires, Ufus, Dosis.*

[N Gonorrhæa, calculo Renum & Vesicæ, dolore dorsi,  
 Secretum: Detur autem horâ unâ ante cœnam, vel manẽ  
 n aurorâ, involvendo in nebulâ madefactâ in vino. Et  
 cum aliàs alvus in officio non est, assumi poterit.

SECTIO XV.

DE

LOHOCH, SEU ECLEGMATIS.

LOHOCH ROSATUM.

℞. Cons. Rosar. rub. cum Sp. Sæphuris  
 tint. Unc. iiij.  
 Lohoch de rad. Tussilag. cum  
 sacharoparat. Unc. ij.  
 li

*Spec.*

|                                |                |
|--------------------------------|----------------|
| <i>Spec. Diarrhod. Abb.</i>    | Unc. j.        |
| <i>Lact. Sulphuris</i>         | Unc. s.        |
| <i>Boli rub. or. præp.</i>     |                |
| <i>Suc. Glycyrrhiz. ext.</i>   | ana Drach. ij. |
| <i>Croci or. præp.</i>         | Drach. j.      |
| <i>Flor. Bentzoïn.</i>         |                |
| <i>Cardamomi min.</i>          |                |
| <i>Macis</i>                   | ana Drach. s.  |
| <i>Bals. Sulphuris anisat.</i> | Scr. j.        |
| <i>Ol. Rosar. veri</i>         | Gran. iiij.    |

Misc. & cum Syrup. Pectoral. simpl. nost. f. Lohochi  
*Vires, Usus, Dosis.*

**D**iturnæ tussi, raucitati, pleuritidi &c, confert & auxiliatur. Pulmonibus difficiles excreationes extrahit. Purulentas exulcerationes tam Pectoris quam pulmonum corundemque graveolentiam halius efficaciter sanat. Sanguinem quoque expuentibus conducit. Dosis per intervalla nucis avellanæ quantitas.

### LOHOCH VIOLATUM.

|                                                      |                  |
|------------------------------------------------------|------------------|
| <i>Rx. Conf. Violar. rec. cum Elix. Sulph. nost.</i> |                  |
| <i>tinct.</i>                                        | Unc. iiij.       |
| <i>Lohoch. Sani &amp; expert.</i>                    | Unc. ij.         |
| <i>Spec. Diamargarit. frig.</i>                      |                  |
| <i>Diajreos simpl.</i>                               | ana Unc. s.      |
| <i>Flor. Sulphuris compos.</i>                       |                  |
| <i>Ext. Rad. Glycyrrhizæ</i>                         | ana Drach. iiij. |
| <i>Croci orient. præp.</i>                           |                  |
| <i>Styrac. calamit.</i>                              | ana Scr. j.      |
| <i>Ol. Hyssopi &amp; Bentzoïn.</i>                   | ana Gran. iiij.  |

Misc. & cum Syrup. pectorali comp. nost. f. Lohoch  
 pectorale.

*Vires, Usus, Dosis.*

Expe

Experimentum est in Tussi, Asthmate, Phthisi, dispnæa, orthopnæa, ceterisque pectoris vitijs & dosiseadem, quæ in præcedenti Lambitivo observanda.

## LOHOCH PECTORALE.

℞. Syrup. Pectoral. simpl. nest.

Composit. ana Unc. ij.

Lohoch. de Rad. Farfara

Sani & expert. ana Unc. j.

Man. Christi anisat. Drach. vj.

Spec. Diarrhod. Abb. Unc. s.

Zingib. de Bingalâcon. Drach. iij.

Misc & fiat ut est artis Lohoch pectorale.

## Vires, Usus, Dosis.

Certissimarum est virium ad tussim quamcunque & raucedinem à frigore vel pituitâ crassâ in Thorace & Pulmonibus contenta, ortam; nec non in pectoris affectibus quibusvis, difficultati anhelitus, pleuritidi, & dolori costarum medetur. Dosis sæpius in die nuc. Moschat. quantitas.

## LOHOCH SEU DIACODION

## Crocaturum.

℞. Cap. Papav. alb. cum seminibus Nu. xxj.

Siliquar. dulc. abjectis granis

Rad. Glycyrrhiz. rasa ana Unc. iij.

Sem. Bombacis

Althea

Cydoneor.

Gran. Myrti ana Unc. s.

Ficuum pinguium

Dactylorum

Sebesten

ana Nu. xj.

*Flor. Malva arb. rub.**Violarum**Jacèe*

ana Drach. ij.

Coq. in f. q. aq. fontanæ ut est artis; postea,

℞. *Colatura*

Lib. ij.

*Sachurricandi rosat.**Penidicrum*

ana Lib. s.

F. Syrupus crassus, cui circa finem addè:

*Syrup. è suc. Flor. Papav. errat.**Jujubini*

ana Unc. ij.

*Ext. Croci or.*

Drach. s.

Misc. &amp; flammâ imbecilli ad mellis consistentiam coquatur, &amp; cum Galliæ Moschatæ veræ Scr. j. aromatizetur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N omnibus distillationibus seu defluxionibus calidis, tenuibus, acribus, ac falsis, à Capite, in Thoracem & asperam arteriam, ex continuâ tussî infomniam facientibus, secretum est. Gutturis enim asperitatem leniendo, sputû tenui maturando, incrasândo glutinândo, atque expectorando, si vim extinguendo, caloris incendiû mitigando, somnû conciliando; Item refrigerando & humectando Spiritus corroborat, vires reparat, & calorem nativum conservat. Dico præterea non potest, quam profit ijs, qui acutissimus doloribus, maximè Colico, Nephritico, Pleuritico, Arthritico &c. corripuntur. Prodest etiam ad sanguinis excretionem & menstruorum nimiam evacuationem; nec non Febribus ardentibus, alvi profluvio & Dysenterix, quæ ex materia acris & biliosæ effluxu excitatur, confert. Dosis à Drach. j. ad Drach. ij. tres, aut quatuor.

LOHOCH ANTIPHTHISICUM.

℞. *Diacedij crocat. nost.*

Unc. iij.

Lolo

*Loh. Sani & expert.**De Pulmon. Vulp.* ana Unc. ij.*Rot. Pectoral. albar.**Citrinar.**Rubrar.* ana Unc. j.*Syr. Pectoral. simplic. nost.**Compos.* ana Drach. vj.*Zingib. de Binala cond.* Unc. s.*Spec. Diarrhod. Abbate**Diamarg. frig.* ana Drach ij.

Misc. & cum Emulsion. sem. Papav. alb. cum aq. Pulm.  
 Vituli fact. Unc. js. f. flammâ imbecilli justæ consistentiæ  
 Lohoch.

*Vires, Usus, Dosis.*

IN Phthisi, Asthmate, Tussi Pleuritide, Catarrho, rauce-  
 dine vocis, ceterisque Thoracis & Pulmonis vitijs &c.  
 valdè efficax est, humoresque excreatu difficiles extenuat,  
 somnumque conciliat. Dosis sæpè in die nucis avellanæ  
 quantitas.

## SECTIO XVI.

DE

### SYR V P I S.

STRUPUS PERLARUM ORIENTA-  
 LIUM.

*Rx. Aq. Rosarum fragrant.**Borraginis**Buglosse*

ana Unc. vj.

*Sal. Perlarum orient.*

Unc. s.

℞ i 3

Mixtis

**M**ixtis & solutis adde Amygd. dulc. q. s. & fiat optima emulsio; cui postea immisce sacchari albiss. Lib. j. Et coque ad justam consistentiam syrupi.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**erebrum, Memoriam, & Cor roborat. Corpus sanum conservat. Tabem, Ariduram & Marcorem senilem mitigat. Prævos humores exsiccat. Lac muliebre emendat. Humidum radicale renovat. Semen utriusque sexus amplificat. Insuper certissimum præservativum contra Apoplexiam, Epilepsiam, Paralyzin, aliquoties in septimanâ exhibitus, Dosis ab Unc. s. ad Drach. vj. per se vel cum alijs specificis.

### STRUPUS CORALLORUM RUBEORUM.

*R. Tinct. Rosar. rubrar. cum aq. è  
 Suc. Cichorei cum totâ plantâ, destill.  
 & rubini instar, extract. Unc. x.  
 Sal. Corallor. rub. Unc. s.*

Mixtis, solutis, & filtratis adde:

*Sacchari albiss. Lib. j.  
 Suc. exp. Berberum  
 Ribium ana Unc. iiij.*

Denuò misc. & f. l. a. justæ consistentiæ Syrupus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**mbecillum Cor confortat, ejusque robur plurimum auget. Jecoris, Lienis, & Renum intemperiem calidam mitigat, illorumque obstructionibus mirè succurrit. Hæmorrhagiam variam curat. Sanguinem in universo corpore mundificat. Cholæræ medetur. Vomitus biliosus reprimat. Sitim restinguit. Præterea ad refrigerandum & adstringendum

dum Ventericulum, cæteraque viscera fervoris intemperie dissoluta, recreanda & confirmanda proficuum: Unde in Dysenteria, Lienteria, Diarrhæa, Cæliacâ passione, fluxu Epatico, Gonorrhæa, fluore Uterino &c. secretum est. Contagiosis quoque morbis confert & fluxionibus colliquantibus & malignis. Fætum in Utero fortificat, conservat, & ab abortu prohibet, si gestationis tempore ejus Coch. s. singulis mensibus bis accipiant. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. per se, vel cum alijs vehiculis appropriatis.

### STRUPUS VITRIOLATO-ROSATUS.

In præparatione Magisterij Corallorum Vitriolato-Rosati nostri, remani & in separatione liquor rubicundissimus; cui si q. sacchari albis addatur, & ad Syrupi consistentiam coquatur, dat rubini instar, nobilissimum, & efficacissimum, syrupum in Peste, morbis Epidemicis, Febris, Dysenteria, fluxu Epatico, Stomachi vitijs, Scorbuto, Jecoris & Lienis obstructionibus, Inflammationibus, & alijs morbis quam plurimis &c. maximè utilem. Cujus dosis est per se, vel cum alijs vehiculis appropriatis ab Unc. j. ad Unc. ij.

### STRUPUS CEPHALICUS.

R. Suc. Depurat. Card. benedict. & Mille-  
folij. ana Lib. j.

Aq. Lavendulæ,  
Betonice ana Lib. s.

Rad. Caryophyllatæ  
Peonie ana Unc. j.

Cassia Lignea

Nuc. Moschat.

Cubebarum ana Unc. s.

Herb. Majoranæ

Verbenæ

Rosæ marinæ

|                                |                 |
|--------------------------------|-----------------|
| <i>Origani</i>                 | ana Drach. iij. |
| <i>Flor. Liliorum convall.</i> |                 |
| <i>Tilia</i>                   |                 |
| <i>Primula veris</i>           |                 |
| <i>Anthos</i>                  |                 |
| <i>Rosar. rub.</i>             | ana Drach. ij.  |
| <i>Sem. Faniculi</i>           |                 |
| <i>Lavendula</i>               |                 |
| <i>Salvia</i>                  |                 |
| <i>Paonia</i>                  | ana Drach. js.  |
| <i>Lig. Aloes.</i>             |                 |
| <i>Visci quercin.</i>          |                 |
| <i>Crociorient.</i>            | ana Drach. j.   |

Coq. ad tertiæ partis consumptionem; postea coletur, clarificetur & addita sachari albis. s. q. fiat justæ consistentiæ syrupus, qui aromaticetur spec. Diamoschi dulc. & Diambræ ana Drach. j. ut est artis.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**I**N omnibus periculosis Capitis morbis & affectibus, Cephalæâ, Hemicraniâ, Epilepsiâ, Apoplexiâ. Paralyfi &c. mirabilis est juvamenti. Caput, Cerebrum, & Ventriculum corroborat, & ijs, qui Capite & Corde tremunt, convenit. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. per se, vel cum alijs appropriatis,

### STRUPUS PECTORALIS.

|                                   |              |
|-----------------------------------|--------------|
| <i>Rad. Glycyrrhiza rasa</i>      |              |
| <i>Tussilaginis</i>               | ana Unc. ij. |
| <i>Entala camp.</i>               |              |
| <i>Treos flor.</i>                |              |
| <i>Angelica</i>                   | ana Unc. j.  |
| <i>Herb. Pulmonaria utriusque</i> |              |
| <i>Capill. Veneris</i>            |              |

*Salvia acut.**Marrubij**Scabiosæ*

ana Unc. s.

*Flor. Chamomilla**Violarum**Farfara**Jacea*

ana Drach. ij.

Incidantur, contundantur &amp; infundantur in aquarum:

*Card. benedict.**Feniculi*

ana Lib. iiij.

*Malva min.**Veronica**Rad. Althææ*

ana Lib. j.

Coquantur ad tertiæ partis consumptionem; R. Colaturæ claræ Lib. vj. &amp; in ijs infunde:

*Passular. min.*

Unc. iiij.

*Sem. Card. Maria**Myrtillorum**Anisi**Urtica Rom.**Cydoneor.*

ana Unc. s.

*Dactylorum**Jujuben**Sebesten**Ficum ping.*

ana No. xxj.

Iterum coquantur ad quartæ partis consumptionem; postea fortiter exprimantur &amp; colentur.

R. Colatura

Lib. iiij

*Sachari albi.*

Lib. ij.

Denuò coq. &amp; inter coquendum aromatizetur cum

Kk

Cro-

*Croci orientalis.**Cardamom. min.**Macis**Cinamomi*

ana Drach. ij.

**L**igetur in panno raro & unà bulliant, donec fiat secundum artem justæ consistentiæ syrupus; cui denique immisce Aq. Cinamomi Unc. iij. & ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**irabilis est potentiæ ad omnes thoracis & spiritualium partium affectus, destillationes & obstructions: Humores enim crassos incidit ac attenuat. Valet quoque ad consumptos, tabidos, & ulcera pulmonum. Asthmaticis & tussiculosis mirè confert. Hydochondriorum doloribus utilis, & pleuritidis initio convenit. Suppuratorum pus egregiè dissolvit, diffecat, tergit, educit, & in apertum promovet. In omni raucedine & ablatione vocis, secretum est. Dosis aq Unc. s. ad Drach. vj. per se vel cum vehiculis appropriatis.

**STRUPUS ASTHMATICUS.***R. Sacchari candidi alb.*

Lib. j.

*Aq. Loch. Sani*

Uunc. viij.

*Syr De. Præssio**De Glycyrrh.*

ana Unc. iij.

*Capillor. Veneris**De Jusjubeis*

ana Unc. iij.

*De Hyssopo**De fuc. Violar.*

ana Unc. ij.

Invicem bene mixta coquantur ad justam Syrupi consistentiam.

*Vires, Usus, Dosis.*

Asthma-

**A**sthmati imprimis, & pleuritidi auxiliatur. Thoracem. & Pulmones saluberrimè expurgat, aperit, dilatat, terget, enit, & obstructions referat. Tussi anhelæ, diurnæ & siccæ medetur. Pectoris & hypochondriorum doloribus utilis. Renum calculo salutaris; nec non senibus & naturâ frigidis valdè familiars. Dosis per se vel cum aq. pectoralibus, ab Unc. s. ad Unc. j.

## STRUPUS CORDIALIS.

|                           |                |
|---------------------------|----------------|
| <i>Rx. Cinamomi acut.</i> | Unc. ij.       |
| <i>Rad. Buglossæ</i>      | Unc. j.        |
| <i>Flor. Rosar. rub.</i>  |                |
| <i>Borraginis</i>         |                |
| <i>Meliſſæ</i>            |                |
| <i>Violarum</i>           | ana Unc. s.    |
| <i>Cardamomi min.</i>     |                |
| <i>Nuc. Moschat.</i>      |                |
| <i>Lig. Aloes</i>         | ana Drach. ij. |
| <i>Croci orient.</i>      |                |
| <i>Macis</i>              | ana Drach. j.  |

Incisa & contusa macerentur in vini boni & odoriferi Lib. iij. donec vinum sapore & virtute ejus bene imbuatur; postea in duplici vase coque ad unius libræ consumptionem.

|                        |          |
|------------------------|----------|
| <i>Rx. Colatura</i>    | Lib. ij. |
| <i>Sachari ulbiſſ.</i> | Lib. js. |

Coquantur & circa finem immisce:

*Aq. Cordial. nost. utriusque* ana  
Unc. iiij.

Et fiat. l. a. justæ consistentiæ syrupus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**Xhilarat, animique magnanimitatem indies auget, & est ferè in omnibus morbis Melancholicis. medicamentum efficacissimum. Insuper Cardiacis, præter rationem mœstis seu tristibus, cor insigniter confortando, singulariter succurrit. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. per se, vel in vehiculis convenientibus.

### STRUPUS DE CASSIA LI- GNEA.

Rx. *Mixa Cotoneorum* Lib. j.

Coquatur per se in leni calore ad spissitudinem mellis, postea immisce Tinct. de Cassiâ Lig. nost. q. s. ut mediocrem Syrupi consistentiam acquirat, addendo Elæos. Cassiæ lig. Unc. j. Denuò misce & ad usum reponere.

### *Vires Usus, Dosis.*

**S**enibus debilibus & frigidis convenit, & quibus humor nativus & calor naturalis imminuuntur. Omnia membra principalia confortat. Cor imbecillum & Ventriculum frigidum roborat. Syncopen & Cordis tremorem, sanat. Nauseam, Vomitum, & Singultum sedat. Anhelitus factorem abigit, ejusque suavitatem inducit. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. per se, vel cum vehiculis specificis.

### STRUPUS DIACITRI RO- SATUS.

Rx. *Suc. Citri & Limonum per pannum aut filtrum, sine ullâ vi, aut expressione destillat. & cum pulv. Rosar. rub. prius, rubini instar, tinct.*  
ana Lib. j.

*Rob. De Berberis*

*De Ribes.*

ana Unc. viij.

*Syr.*

Syr. De Agrestâ

Oxyfachari

Rubi Idaj opt.

Fragorum

ana Unc. iiij.

Aq. Cinamomi buglossat. in quâ Spec.

Diarrhod. Abbat. in fusa fuerint,

Unc. ij.

Nitri preparat.

Drach. js.

Mixta decoq. ut est artis, &amp; f. justæ consistentiæ syru-

pus.

*Vires, Usus, Dosis.*

Otentissimè refrigerat, penetrat, siccatur, & à putredine vindicat. Febribus malignis, biliosis, morbisque contagiosis plurimum confert. Ebrietati, Venenis, & Pestilentiae saluberrimè resistit. Intemperiem calidam Capitis, Cordis, Ventriculi, Hepatis, Lienis, Viscerum, omnemque sitim exstinguit. Renum æstus emendat. Urinas & sudores movet. Vomitus biliosus reprimat. Cholerae metetur. Cardiacis, Dysentericis, & Celiacis, purgato prius corpore, succurrit. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. & duas, per se, vel in vehiculis specificis affectum propriè respicientibus.

## STRU PUS ANTISCORBUTICUS.

Rx. Suc. Chamarubi Norvegie.

Lib. iiij.

Nasturt. aquat.

Becabungæ

Acetose

Cochleariæ

ana Lib. s.

Mixtis adde: Sachari albiss. Lib. js. & f. justæ consistentiæ syrupus.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**Dversus Scorbutum nobilissimum & probatissimum  
est remedium, Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij. & Unc. iij per  
se, vel cum aq. Antiscorbutic. nost. s. q.

## STRUPUS DE PTRETHRO.

|                                     |                 |
|-------------------------------------|-----------------|
| ℞. <i>Agarici alb. &amp; levis.</i> | Unc. js.        |
| <i>Rad. Pyrethri</i>                | Unc. j.         |
| <i>Pæonia maris</i>                 |                 |
| <i>Acori</i>                        |                 |
| <i>Pimpinella</i>                   | ana Unc. s.     |
| <i>Sem. Feniculi</i>                |                 |
| <i>Pæonia</i>                       |                 |
| <i>Bac. Juniperi</i>                | ana Drach. iij. |
| <i>Herb. Matricaria</i>             |                 |
| <i>Agrimonia</i>                    |                 |
| <i>Hysopi</i>                       |                 |
| <i>Primul. veris</i>                |                 |
| <i>Majorana</i>                     |                 |
| <i>Mentastri</i>                    |                 |
| <i>Nepeta</i>                       | ana Drach. ij.  |
| <i>Flor. Lilior: convall.</i>       |                 |
| <i>Verbasci</i>                     |                 |
| <i>Buglossæ</i>                     |                 |
| <i>Anthos</i>                       | ana Drach. js.  |
| <i>Cinamomi acut.</i>               |                 |
| <i>Nuc. Moschat.</i>                |                 |
| <i>Cubebarum</i>                    | ana Drach. j.   |

Incisa & contusa infundantur in aq. Salviæ & Rorisma-  
rini ana Lib. iij. Stent in infusione per noctem; postea co-  
quantur ad tertiæ partis consumptionem:

℞. Colatu

Rx. *Colatura clara*  
*Sachari albiſſ.*

Libr. iiii.  
 Lib. ij.

Misc. & coq. ad juſtam conſiſtentiam ſyrupi.

*Vires, Uſus, Doſis.*

**V**Alde ſalubris eſt in paſſionibus nervorum, Paralyſi, Spasmo, Epilepſiâ, Iſchiade, &c. Potenter enim materiam peccantem reſolvit & dolorem mitigat. Doſis ab Unc. ad Unc. j. per ſe, vel in vehiculis convenientibus.

### STRUPUS NEPHRITICUS.

Rx. *Aq. Antinephriticæ noſt. Lithontripſicæ.*

ana Unc. x.

*Sal. Lap. Percar. Piſc.*

*Oc. Cancræ*

ana Unc. ʒ.

Mixtis & ſolutis adde.:

*Flor. Malvæ arb. rub. rec. exſiccæ. q. ſ.*

Digerantur per aliquot dies, uſque dum perfectè tinctantur; poſtea cum ſachari albiſſ. Lib. ij coq. ad Syrupi raſſamentum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

**C**Alculoſo ab Unc. j. ad Unc. ʒs. per ſe, vel cum appropriato vehiculo manè propinabis; Nam calculos quamvis magnos exedit corroditque; quotidiana etiam experientia in urinâ arenulas & exefa lapidis fragmenta videbis.

### STRUPUS STIPTICUS.

Rx. *Prunor. ſylveſt. maturor. & exſiccæ.*

Lib. j.

*Rad. Acori aquat.*

*Tormentilla*

*Serpentaria*

*Zedoaria*

ana Unc. j.

*Cert*

*Cort. Granatorum**Citoneorum exsic.*

ana Unc. s.

*Gallarum Turc.**Rosarum rub.**Balaustiar.*

ana Drach. ij.

*Sem. Lapathi acut.**Sanguinaria**Plantaginis*

ana Drach. js.

Coq. l. a. in vini alb. f. q. ad perfectam tincturam.

℞ *Colatura clara*

Lib. iiij.

*Sachari albiß.*

Lib. ij.

Denuò coq. dum syrupi crassamentum adsciscat, &amp; aromatizetur cum

*Cinamomi acut.**Caryophyllorum**Macis**Nuc. Moschat.**Croci orient.**Zingib. albi**Galang. min.*

ana Drach j.

*Flor. Papav. errat.**Tunica*

ana Drach. s.

Ligentur in panno raro, &amp; bulliant in syrupo secundum artem.

*Vires, Usus, Dosis.*

**D**Tsenteriam Hepaticam ex humorum acrimoniâ subortam sedat. Cibi appetentiam excitat. Diabetem reprimat. Præcipuè autem longis & trahentibus alvi profluvijis ab humore aquoso, pituitoso tam frigido quam calido convenit. Vomitus, Hæmorrhagiam omnem & abundan-

ia menstrua cohibet. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij. præmis-  
sis tamen universalibus.

# STRUPUS DYSENTERICUS LAXA- TIVUS.

|                         |               |
|-------------------------|---------------|
| ℞. Rad Polypodij querc. | Unc. ij.      |
| Glycyrrhiz. rasa        |               |
| Pimpinelle Ital.        | ana Unc. j.   |
| Tormetilla              |               |
| Cichorej                | ana Drach. vj |
| Herb. Scolopendrij      |               |
| Agrimonie               |               |
| Veronica                |               |
| Polygoni                | ana Unc. s.   |

Fiat decoctio in Aq Rad. Consolid. Plantaginis & fol.  
Querc. ana f. q. ad tertias, & colentur.

|                   |                |
|-------------------|----------------|
| ℞. Colatura       | Lib. iij.      |
| Rhabarb. opt.     | Unc. js.       |
| Mechaocanna       |                |
| Myrob. citrin.    |                |
| Fol. Senæ         | ana Unc. j.    |
| Agarici trochisc. | Unc. s.        |
| Flor. Rosar. rub. |                |
| Lilior. alb.      |                |
| Sambuci           |                |
| Chamomilla        |                |
| Verbasci          | ana Drach. ij. |
| Sem. Cydoniorum   |                |
| Anisi             |                |
| Anethi            | ana Drach. js. |
| Cassia lignea     |                |
| Caryophyllor.     |                |

*Nuc. Moschat.* ana Drach. j.

Stent infusa in loco calido per noctem, manè leviter ebulliant, & expressa colentur; Colaturæ adde: Sachari albis. Lib. ij. & fiat justæ consistentiæ syrupus, ut est artis.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Dyfentericis citra molestiam & leniter alvum subducit. Humores acres & biliosos à quibus exulceratio in intestinis dependet, expurgat. Doloris insuper lenit, & perfecto opere administrationem post se relinquit, alvumque quam solvit, iterum sistit. Dosis in junioribus ab Unc. j ad Unc. js. In adultis verò ab Unc. ij ad Unc. iij.

**STRUPUS PANTAGOGUS.**

*R.* *Rad. Polydodij quercin.*  
*Hermoadct. alb.* ana Unc. iiij.  
*Turbith alb. & gum.*  
*Mechaocanna* ana Unc. ij.  
*Rhabarb. opt.* Unc. js.  
*Hellebori nigri præp.*  
*Falappa resinos.* ana Unc. j.  
*Agarici trochiscati*  
*Myrob. omnium* ana Unc. s.

Incisa & contusa infundantur in vini albis. q. Maccurentur per aliquot dies; postea secundum artem coquantur, & in Colaturæ Lib. iiij. iterum infunde sequentia:

*Fol. Senæ elect.* Unc. iiij.  
*Passularum min.* Unc. iiij.  
*Crem. Tartari* Unc. j.  
*Herb. Capill. Veneris*  
*Veronica*  
*Fumaria* ana Unc. s.

*Sem. Feniculi**Anisi*

ana Drach. ij.

*Flor. Persicorum**Violarum**Rosarum**Aciatæ**Epithymi*

ana Drach. j.

Stent in infusione per noctem; postea denuò coquantur, exprimantur, colentur, & tandem cum sacchari albis. Lib. ij. fiat justæ consistentiæ syrupus, & sequentiâ.

*Cardamomi min.**Caryophyllorum**Galang min.**Macis**Zingib. alb.**Cinamomi acut.**Spicæ Indic.*

ana Drach s.

Pulverisata & panno lineo ligata, inter coquendum infricentur, ut bulliant unâ cum syrupo & ei facultatem tradant.

*Vires, Usus, Dosis.*

**B**Landè, promptè, innoxie & æqualiter, omnes morbos & peccantes humores in omnibus morbis evacuatione egentibus purgat, & leniter per secessum educit, & venarum viscerumque obstructions liberat. Offeritur omnis ætatis hominibus; Senibus, pueris, debilibus, delicatis: Immò etiam necessitate ita exigente prægnantibus per se vel in aquis, quæ locum affectum proprie respiciunt. In robustioribus autem cum alijs catharticis fortioribus pro diversitate morbi semper acuitur. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij. & tres.

## STRUPUS HYDRAGOGUS.

*Rx.* Rad. Ireos nostrat. mundentur à cortice exteriori, pistentur & exprimantur, succusque expressus ponatur in vitro, donec per se residuum faciat: & recipe huius succi clari.

Unc. xvj.

Aq. Cinamomi

Unc. iij.

Mag. Gum. de Peru

Unc. j.

Macerentur vitro bene clauso horis viginti quatuor; postea transcola miscendo sachari albiss. Unc. xvj.

Spec. Diarrhod. Abbat.

Rhabarb. opt.

ana Unc. s.

Santali rub.

Rad. Anchuse

ana Drach. ij.

Mixta in nodulo ligentur & decoquantur in diplomate ad perfectionem: Et syrupus summa diligentia ita paratus cum:

Caryophyllorum

Cinamomi acut.

Macis

ana Drach. j.

Gallia Mucat.

Scr. j.

Aromaticetur, ut est artis.

Vires, Usus, Dosis.

**I**N Cachexia, omniq[ue] Hydropis specie, gloriosum est catharticum & divinum adjuvamentum, si ab Unc. js. ad Unc. ij. plus minusve, pro ut fuerit constipatus, bis vel ter in septimanâ sumatur: Hydrops enim, qui aliâs humanâ manu curari non potest, curatur hoc syrupo.

SECTIO

# SECTIO XVII.

DE

## ELIXIRIBVS.

### ELIXIR VITRIOLI.

|                         |                 |
|-------------------------|-----------------|
| R. <i>Galangæ min.</i>  | Unc. js.        |
| <i>Colamini aromat.</i> | Unc. j.         |
| <i>Mentæ crispæ</i>     |                 |
| <i>Salviæ acut.</i>     | ana Unc. s.     |
| <i>Cinamomi elect.</i>  |                 |
| <i>Caryophyllorum.</i>  |                 |
| <i>Zingib. alb.</i>     | ana Drach. iij. |
| <i>Nuc. Moschatæ</i>    |                 |
| <i>Cubebæarum</i>       | ana Drach. ij.  |
| <i>Lig. Aloes pond.</i> |                 |
| <i>Cort. Citri</i>      | ana Drach. j.   |

Misc. & fiat pulvis, cui adde Sacharicandi alb. Unc. iij. postea humectur opt, sp. Vini ut fiat mixtura mellis instar: mitte illam in vitrum, atque ol. vitrioli Veneris seu Martis: aut in horum defectu Sp. Vitrioli aliquoties rectif. ad 4. digitorum eminentiam affunde, & tres aut quatuor septimanas digere; tandem tincturam per inclinationem aufer & filtra. Super relictam autem in fundo materiam Sp. Vini suffunde & ulterius fa: spagyricam, essentiam extrahe: Postea tincturæ extractiones mixtas, majoris efficacæ ergo per 14. dies adhuc in B. M. circula & ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**N**obilius & efficacius Stomachicum in totâ Repub. Medicâ.

dicâ nondum inventum esse, experientiam ipsam attestor. Idcirco breviter & quasi in transcurso dicam, quod in Ventriculi affectione qualicunque ingens & in comparabile, sit secretum. Datur autem cum aq. nostrâ Stomachali, vel Mentæ crisp. vel alijs appropriatis &c. Supra modum Stomachum & intestina confortat & simul omnia principalia membra refrigerata calefacit, & appetitum quam belle excitat. Insuper ab Epilepsiâ & Apoplexiâ præservat. Cerebrum purgat. Caput totumque corpus multis phlegmaticis catarrhis repletum exsiccat, illudque à dolore mire tuetur. In Epilepsiâ exhibetur cum aq. Pæoniæ, Lil. conval. &c. In Capitis doloribus sæpè ab impuritatibus Ventriculi Cerebrum lancinantibus offertur in aq. Betonicæ &c. In omnibus Febribus propinatur cum aq. Centaur. min. Card. benedict. &c. Dosis à Scr. s. ad Scr. j.

### ELIXIR SULPHURIS.

℞ *Croci orient.*

*Myrrha rub.*

ana Unc. js.

*Mastichis elect.*

*Bentzoini*

*Cardamom. min.*

*Cinamomi*

ana Unc. j.

*Suc. Glycyrrhiz. ext.*

*Conf. Alkermes*

*Rad. Enulæ camp.*

ana Drach. vj.

*Aliptæ Moschat*

Drach. iij.

Misc. & f. pulvis, cui adde: Sacchari caudi alb. Unc. ij. & humectetur Sp. vini rect. ut fiat quasi pasta; Postea Sp. Sulphuris optimè rect. ad eminentiam 4. digitorum affunde, digerantur & circulentur per mensem. Tandem quod tinctum & extractum fuerit, per inclinationem separa; materiam in fundo restantem Sp. Vini extrahe, separa ac  
prio-

priori liquori colorato immisce, & ad usum reponē.

*Vires, Usus, Dosis.*

IN affectibus thoracis & pulmonis miranda præstat. Pectus ab impuritatibus & catarrhis mundificat. Tussim tam inveteratam quam recentem tollit. Phthisicis, Melancholicis; supra rationem mæstis, Cardiacis &c. in genere subvenit & lætitiā adfert. Valet quoque ad coarctationem anhelitus antiquam & Asthma chronicum. Insuper Cor confortat & à putredine præservat. Vitam prolongat & canitiem retardat: Nec est, quod hic acridinem tussim provocātem metuamus, illa etenim ad resolutionem necessaria, noxque alleviatio sequitur. Dosis seu modus exhibitionis, est saporis in acidum mutatio, & per se nullus ejus sicutus; sed semper cum vehiculo appropriato sumatur. In aq. vel syrupis nostris pectoralibus commodissime offertur.

### ELIXIR PÆONIÆ.

|     |                         |                 |
|-----|-------------------------|-----------------|
| Rx. | Rad. Palma Christi      |                 |
|     | Angelica                |                 |
|     | Pyrethri                | ana Unc. j.     |
|     | Visci quercinij         |                 |
|     | Sem. Faniculj           |                 |
|     | Anacardi                | ana Drach. vj.  |
|     | Flor. Rorismarini       |                 |
|     | Stachad. Arab.          |                 |
|     | Lavendula               | ana Drach. iij. |
|     | Ras. Cornu Alcis        |                 |
|     | Cranci hum.             |                 |
|     | Castorej veri           | ana Drach. js.  |
|     | Malorana sicca          | M. j.           |
|     | Sp. Vini optimè rectif. | Lib. ij.        |

Incisa & contusa infundantur in vase vitreo bene recto in loco tepido per 14. dies, postea per alembicum distill. & liquori destillato adde;

*Rad.*

*Rad. Flor. & Sem. Pœoniæ**debite collect.*

ana Unc. j.

*Spec. Diamoschi dulc.**Diaxylaloes*

ana Unc. s.

Misc. & digerantur in leni calore per mensem sæpius agitando: postea Vini Spiritum tinctum aufer per inclinationem, & ad medietatem saltem abstrahe, reliquum maneat cum essentia extracta, cujus Recipe Unc. xij.

*Sp. Vitrioli diligenter rectif. & à Cinnabarinativâ prius Spagyricè imprægnat.* Unc. iij.

*Sal. Pœoniæ*

Drach. js.

Sicque simul mixtum per octiduum circulabis. & digeres.

*Vires Usus, Dosis.*

**S**pecificum Epilepticum meritò vocari potest; propter vires ejus nimirum admirandas & arcanas: In Epilepsiâ enim curandâ, suâ facultate, omnia alia remedia superat. Insigniter etiam periculosos Capitis morbos timentibus prodest; qualis est: Apoplexia, Paralysis, Vertigo, Scotomia &c. Insuper in Cerebri stupore, exsiccatione catarhi, suffocatione Matricis, Colicâ &c. admodum excellit. Dosis & modus exhibitionis, est saporis in acidum mutatio; datur in vehiculis appropriatis, puta aq. Epileptic. nost. vel in aq. flor. pœoniæ, Lavendulæ, Tiliæ, Lilior, convall. &c. novem dies continuando; post exhibitum medicamentum autem æger per tres ad minimum horas maneat jejunus.

## ELIXIR FEBRILE.

*Rx. Spec. Febrifug. nost.*

Unc. iij.

*Piperis longi**Caryophyllor.*

Nuc. Moschat.

ana Unc. j.

Herb. Centaur. min.

Card. benedict.

Absinthij

ana M. vj.

Quinque folij

Ruta

ana M. iij.

Pulverisata & mixta extrahantur opt. Sp. Vini. Tinctum Spiritum aufer & recentem affunde, tamdiu, donec omnis tinctura & essentia extracta sit. Ultimò S. V. in B. M. ad medietatem seu oleitatem abstrahe, & remanentem spiritum unà cum essentiâ per chartam emporeticam filtra, & in vase vitreo bene clauso ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

Præservat, curat, & abigit, post evacuatum corpus, omnes Febres. Dosis instante paroxysmo vel paulo ante, ut simul cum paroxysmo operetur à Drach. j ad ij. & Unc. s. in aq. Centaur. min. vel Absinthij aut Card. bened. vel in haustu cerevisiæ calidæ: Robustiori autem datur ab Unc. s. ad Drach. vj. Præterea Cacochymici & Hydropici magno juvamine potui quotidiano immiscere possunt: suâ enim amaritudine, putredinem omnem arcet; partium verò tenuitate obstructions pellit. *Gibi gutt biter Wein und Bier.*

## SECTIO XVIII.

DE

SPIRITIBUS VINI COMPO-

SITIS.

Mm

SPIRI-

SPIRITUS VINI CEPHALICUS.

R $\bar{x}$  *Sem. Feniculi*                      Unc. iij.

Rad. *Pæonia* debite collect.

*Visci quercini.*

*Anacardi.* ana Unc. j.

*Bac. Juniperi* Drach. vj.

Herb. Majorana

*Melissa*

Origani:

Нусфорі

*Salvia* ana M. j.

*Flor. Stæchad. Arab.*

*Lilior convall.*

*Rorismarini*

*Primula veris*

*Lavendula* ana P. ii.

Crassiufculē incifa & contufa infundantur in Sp. Vini  
Simpl. Lib. viij. & poſt debitam digeſtionem B. M. deſtil-  
lentur, & in liquore deſtillato denuo infunde:

*Sem. Coriand. præp.*

*Sileris mont.*

*Peonia*

Carui      Unc. s.

*Spec. Diamosch. dulc.*

*Diambre* ana Drach: iij.

Cardamomimin.

*Nuc. Moschat.*

Galang. rein.

*Caryophyllor.* ana Drach. ij.

Calami aromat.

Cubebarum: T.

*Macis* ana Drach. j.

*Succini alb. præp.*

*Lig. Aloes*

*Flor. Tunicæ*

*Rosar. rub.* ana Drach. s.

Stent in infusione per 8 dies; postea B. M. destill. & spiritus ad usum reservetur, qui ad placitum sachar. cand. albo edulcorari, & vel Ess. flor. Pæoniæ, vel Tunicæ, vel Violarum, vel Rosarum rub. vel gran. chermes, aut alijs quam plurimis &c. variè tingi potest.

*Vires, Usus, Dosis.*

Magni est usus ad omnes frigidos capitis affectus, intra & extra adhibitus; Item, ad tristes & timidos, & eos, qui de nocte loquuntur: Non solum enim caput calefacit, occat, confortat atque catarrhos frigidos absumit; verum etiam reliqua membra roborat. Contra Vertiginem, Epilepsiam, Apoplexiam, Paralyfin, convulsionem & tremorem singulariter, tanquam insignem Medicinam commendare volui. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. &c.

## SPIRITUS VINI AROMATIZATUS.

*Rx. Conf. Alkermes* Unc. j.

*Rad. Ireos flor.*

*Rosarum rub.* ana Unc. s.

*Cassia lignea*

*Cort. Citri*

*Ligni Aloes*

*Caryophyllor.* ana Drach. ij.

*Cardamom. min.*

*Nuc. Moschat.**Cubebæarum**Macis**Zedoaria*

ana Drach. j.

Pulverisata & mixta infundantur in Sp. Vini simp  
Lib. vi. per octiduum, aliquoties in die moyendo; poste  
per alembicum destill. & Spiritus destillatus Sachar. cand  
alb. s. q. edulcoretur.

*Vires Usus, Dosis.*

**I**N naturis frigidioribus & adultis COR confortat; ne  
non Pectus, Stomachum, Epar & Splenem roborat. Reni  
bus etiam frigidis in expellendâ serositatē, vires addit.  
Dosis manē & serò ante somnum à Coch. j. ad Coch  
ij. &c.

SPIRITUS VINI ODONTALGI-  
C U S.*Raf. Lig. Guajaci* Unc. iiij.*Rad. Pyrethri* Unc. ij.*Sem. Staphid. agria**Hyoscyami**Cort. Granator.**Gallar. Tarc.*

ana Unc. j.

*Caryophyllorum**Zingiberis albi**Piperis longi**Olibani*

ana Unc. s.

*Flor. Papav. errat**Opij Thebaici**Camphora*

ana Drach. ij.

*Herb. Tabac. Indic.**Salvia acut.**Persicaria**Mentastri* ana Drach. j.

Contusa & mixta infundantur in Sp. Vini simpl. Lib.  
vj. stent per 14. dies in digestionem, postea B. M. distillantur.

*Vires & Usus.*

**T**eneatur in ore; deinde iterum exspuatur, & reiteretur,  
si opus; præsentissimum est remedium: Omnes enim  
dentium dolores efficacissimè sopit. Interdum etiam pro-  
pter majorem delectationem cum flor. papav. errat. prius  
tingere; & postea coloratum Spiritum ad usum reponere  
solemus.

## SPIRITUS VINI OTALGICUS.

℞. *Ovorum Formicar.*

No. 100.

*Amygdal. amar.*

Unc. ij.

*Rad. Hellebori nigri**Raphani min.**Cyclaminis**Cyperivrot.*

ana Unc. j.

*Cort. Mali punici*

Drach. vj.

*Bac. Lauri excort.**Juniperi*

ana Unc. s.

*Sem. Feniculi**Cyminj**Anisi**Caruj.*

ana Drach. iij.

*Pulp. Colocynthid.**Castorei veri*

ana Drach. js.

*Majorana*

*Absinthij**Sabina**Ruta*

ana Drach. j.

Contusa & mixta infund. in Sp. Vini opt. rectificat. Lib. iij. & post debitam digestionem. è B. M. ingeniosè tamē, ne vitrum rumpatur, destillentur; Deinde Spiritu abstracto adde Millepedum vivorum q. s. & digerantur ad huc tamdiu, donec aliquomodo spiritus tingatur; postea cum filtra & ad usum reserva.

*Vires, & Usus.*

**D**E hoc spiritu aliquot guttæ mane & vesperi, instillentur in aures, claudendo cottone moschato: Sic surditatem & gravitatem Auditus tollit; nec non contra tinnitum, sonitum, strepitum & sibilum, item obauditionem & fluctuationem, præstantissimum est medicamentum. Sed in his affectibus multum etiam præstat panis recens coctus minor, statim ex clibano sumptus, & crustâ inferiore ablata, immissoque Spiritu hoc, si ad aurem applicetur, (interjecto circulo lineo crassiore ad evitandum partis exustionem) ut vapor ille intro recipi possit. Continuetur autem curatio hæc, donec malum cedat.

## SPIRITUS VINI ACOVISTI.

C. U. S.

*Rx. Quorum Formicarum**Millepedum vivorum*

ana xxxj.

*Amygd. amar.*

Unc. s.

*Bac. Lauri excort.**Juniperi**Sabina*

ana Drach. ij.

*Sem. Cymini**Rad. Cyperi rot.*

ana Drach. j.

*Lam.*

*Lumbricor. ter exsic.*

*Nicotiana*

*Absinthij* ana Drach. s.

*Succini alb. præp.*

*Castorei veri* ana Scr. j.

*Croci orient.* ana Scr. s.

Crassiusculè contusa infundantur in Sp. Vini anisati  
Unc. xvj. digerantur per octiduum, sæpè in die movendo ;  
postea filtrentur, & Spiritus tinctus usui servetur.

*Vires, & Usus.*

**H**ic Spiritus in gravi auditu & surditate; nec non in tinni-  
tu aurium etiam in veterato, secretus est. Usus ejus, ut  
guttæ aliquot auri instillentur manè Stomacho jejuno, &  
vesperi ante cænam, & deinde bombacc moschato auris  
abturetur.

## SPIRITUS VINI PECTORALIS.

*Passular. min.*

*Sem. Anisi* ana Unc. iiij.

*Lob. Sani & exp.*

*De Pino* ana Unc. ij.

*Suc. Glycyrrhiz. ext.* Unc. js.

*Cons. Flor. Hyssopi*

*Violarum*

*Symphyti* ana Unc. j.

*Cinamomi acut.* Drach. vj.

*Spec. Dratragacanth. frig.*

*Diajreos simpl.*

*Diarrhod. Abb.* ana Unc. s.

*Cardamomi min.*

*Croci orient.*

*Macis*

ana Drach. js.

*Herb.*

*Herb. Capil. Veneris**Marrubij*

ana Drach. j.

*Flor. Malvæ arbor. rub.**Farfara**Salvia*

ana Drach. s.

Contusa & mixta infundantur in Sp. Vini simpl. Lib viij. Digerantur diebus octo; postea B. M. destillentur, & Spiritus abstractus Sach. cand. alb. edulcoretur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D Catarrhos frigidos, Pectorisque ægritudines, Tus-  
sim, Asthma antiquum & Anhelitum malum, expertis  
simus, Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. Pectus enim ab humo-  
ribus crassis & Viscidis purgat, mundificat, omnesque in-  
eò oppilationes aperit.

### SPIRITUS VINI JUNIPERINUS CROCATUS.

*Rx, Sp. Vini Juniperinj*

Lib. ij.

*Sachari candi contus.*

Lib. s.

Misce in vase commodo; Spiritus accendatur filis su-  
phureis, simul incorporentur, flammansque liquor subiri-  
dè agitetur cultro vel spatulâ; donec sacharum sit solutum  
coletur & appende in nodulo Croci orient. Scr. ij. & ad  
sum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Asthmate, difficili respiratione, Pectoris vitijs, Tuss-  
imbecillitate & inflatione Ventriculi, torminibus ventri-  
&c. bonum est medicamentum. Insuper urinam movet &  
calculi medetur; nec non ruptis, convulsis, & vulvæ strati-  
gulatui subvenit. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. pr  
unâ vice.

SP.

DE SPIRITIBUS VINI COMPOSITIS.  
SPIRITUS VINI STOMACHI-  
CUS.

281

|                    |               |
|--------------------|---------------|
| R. Cinamomi elect. | Unc. iiij.    |
| Galange min.       |               |
| Sem. Anisi         | ana Unc. ij.  |
| Caryophyllorum     |               |
| Nuc. Moschat.      | ana Unc. j.   |
| Mentacrispæ        |               |
| Rorismarini        | ana Unc. s.   |
| Calami aromat.     |               |
| Zingib. alb.       |               |
| Rosar. ruber.      | ana Drach ij. |

Crassiuscule confusa & mixta infundantur in Sp. Vini  
impl. Lib viij & post debitam digestionem B. M. destil-  
lentur; postea Spiritus evocatus, vel sach. cand. alb. vel my-  
ra Cydoneorum edulcoretur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Valet propriè ad malitiam appetitus, & corruptionem  
digestionis. Ad frigus & dolorem Stomachj. Ad sin-  
gultum, Nauseam, Vomitum, Appetitum caninum. Ad  
Eructationem acetosam, angustiam Anhelitus, frigidam-  
que complexionem cum humiditatibus superfluis. Seni-  
ous etiam imprimis convenit: Calorem enim naturalem,  
nirè confortat & à putredine conservat. Insuper visum &  
mentem in ijs acuit. Oblivionem delet, & canitiem retar-  
lat. Dosis Coch l. j. atque alterum.

SPIRITUS VINI NEPHRITI-  
CUS.

|                  |               |
|------------------|---------------|
| R. Rad. Ononidis |               |
| Altheæ           | ana Unc. iij. |

N n

Cuch.

|                                |                |
|--------------------------------|----------------|
| <i>Cucumeris</i>               | Unc. ij.       |
| <i>Glycyrrhiz. rose</i>        |                |
| <i>Asari</i>                   | ana Unc. js.   |
| <i>Sem. Milij Solis</i>        | Unc. iij.      |
| <i>Saxifrag. alb.</i>          |                |
| <i>Urtica Rom.</i>             |                |
| <i>Petroselinj</i>             |                |
| <i>Raphani</i>                 |                |
| <i>Anisi</i>                   |                |
| <i>Rhabarbar. elect.</i>       |                |
| <i>Aristoloch. rot.</i>        |                |
| <i>Galanga min.</i>            |                |
| <i>Cinamomi acut.</i>          |                |
| <i>Macis</i>                   |                |
| <i>Zingib. albi</i>            |                |
| <i>Herb. Equiseti</i>          | ana Unc. j.    |
| <i>Lap. percar. pisc.</i>      |                |
| <i>Judaici</i>                 |                |
| <i>Spongia</i>                 |                |
| <i>Lyncis</i>                  |                |
| <i>Test. Limac. min. prap.</i> | ana Drach. vi. |
| <i>Cassie fistula</i>          |                |
| <i>Gran. Alkekengi</i>         |                |
| <i>Bac. Juniperi</i>           |                |
| <i>Theriaca Venet.</i>         |                |
| <i>Sang. Hircir.</i>           |                |
| <i>Oc. Cancr.</i>              |                |
| <i>Talileporini</i>            | ana Unc s.     |

Pulverifata & mixta infundantur in Sp. Vini simp.  
 Mens. vj. vel f. q. Stent in digestionem per 14 dies; postea E  
 M. destillentur.

Vire

## Vires, Usus, Dosis.

Frangit lapidem & ad minuta secernit, quousque Renes & Vesicam ab omnibus superfluitatibus mundificet, & clarum mingat: Et quod plus est, ita curat & fabulosas hyostases per urinam expellit, ut non amplius regeneretur. Insuper in Colicà & suffocatione Matricis non est remedium ei simile. Humores enim diversos laxat & ventositates dissolvit. Dosis à Cochl. j. ad ij. vel Cochl. iij.

SPIRITUS VINI LITHONTRIP-  
TICUS.

℞. Rad. Enulæ camp.

Pimpinellæ

Pet. oselinj

ana Unc. j.

Lap. Percar. p<sup>sc</sup>.

Oc. Cancrifi fluv.

Sang. Hircini

ana Drach. vj.

Sem. Dauci aquat.

Saxifragiæ alb.

Feniculi

Anisi

Milij Solis

Urtic. Rom.

Gonistiæ

Bac. Juniperi

Gran. Alkekeng.

ana Unc. s.

Spec. Lythontrib.

Diathamar.

Trion Piper.

ana Drach. ij.

Contusa & mixta infundantur in Sp. Vini simpl. Lib. iij. Stent in digestionem per 14. dies; postea B. M. distillantur pro usu.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**Alculos Renum & Vesicæ non solum confringit & comminuit; sed & lapides per uriam expellit. Dosis tum præservationis tum curationis ratione, à Cochl. j. ad Cochl. ij. per vel cum alijs mixtis.

SPIRITUS VINI PARALYTICI-  
CUS.

*Rz. Lumbricor. terrest. exsic.*

*Bac. Juniperi*

*Sem. Erucæ*

*ana Unc. ij.*

*Rad. Angelica*

*Pyrethri*

*Aronis*

*ana Unc. j.*

*Flor. Lavendulæ*

*Rorismarini*

*Salvis acut.*

*Piperis long.*

*Allei recent.*

*ana Unc. s.*

*Mastichis elect.*

*Myrrhæ rub.*

*Succini citrin.*

*Euphorbij*

*Castorei veri*

*ana Drach. iiij.*

Contusa & mixta infundantur in Sp. Vini optimè rectif. Lib. iiij. Digerantur per mensem; & postea filtrentur, & Spiritus cum Essentiâ extractâ ad usum reservetur.

*Vires & Usus.*

**C**Um hoc Spiritu tincto inungantur membra paralytica & arida (præmissus tamen universalibus) in eoque panni lintei madefiant, & supponantur membris affectis, &

& brevi miram videbis operationem & felicem restitutionem.

# SPIRITUS VINI THERIACALI S,

℞. Theriac. Venet.

Unc. iij.

Rad. Angelica

Enule camp.

Hirundinar.

Tiptam. alb.

Mors. Diabol.

Serpentaria

Pimpinella

Tormentilla

Valeriana

Zedoaria

Sem. Citri

ana Unc. j.

Misc. & f. omnium pulvis grossus; cui affunde Sp. Vini simpl. Lib. viij. Digerantur per 14. dies; postea B.M. destilla & ad usum reservat.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D præservandum à Peste hic Spiritus eximius est: Appellatur etiam Catholicus, quod ex duodecim constet ingredientibus. Potest ex eò capi Cochl. j. vel ij. in aurora per tres aut quatuor horas ante prandium; vel antequam quis à domo exeat; Et reiteretur ejus acceptio omni manè. Aerem corruptum in homine alterat, & Spiritum vivificat. In curatione datur à Cochl. ij. ab iij. cum aq. Card. bened. vel de Cornu Cervi nost. &c. & per sudorem venenum copiosissime expellit.

Nn 3

SECTIO

# SECTIO XIX.

DE

## AQUIS DESTILLATIS COM- POSITIS.

### AQUA EPILEPTICA.

℞. Rad. Paonia debite collect.      Unc. ij.

Aristoloch rot.

Diptamni alb.

Angelice

ana Unc. js.

Visci quercini

Stercor. Pavonis

Squilla Prap.

Aanacardj

ana Unc. j.

Sem. Paonia maris,

Coriand. prap.

Caruj

Feniculj

ana Drach. vj.

Secundin. exsic. in quâ masculus fuit

Castorej veri

ana Unc. s.

Herb. Card. benedict.

Milefolij.

Rute sylvest.

Salvia acut.

Rorismarin.

ana Drach. ij.

Incisa & contusa infundantur in Vini Malvarici Lib  
xij. & digerantur in loco calido per octiduum, vase quoti-  
diè multoties commoto; Postea per alembicum destilla, &  
liquori destillato à novo impone:

Flor.

Flor. *Paonia maris*

*Lilior. covall.* ana Unc. iiii.

*Betonica*

*Tilia*

*Lavendula*

*Melissa*

*Borraginis*

*Buglossa* ana Unc. js.

*Nuc. Moschat.*

*Cubebarnm*

*Macis*

*Cinamomi acut.*

*Piperis longi*

*Caryophyllor.* ana Unc. j.

Misc. & igne lentissimo in B. M. secundâ vice destilla.

*Vires, Usus, Dosis.*

**V**aleat totâ substantiâ contra Epilepsiam, Vertiginem, Lethargiam, Congelationem, & Subethicos affectus: à quibus omnibus præcavet, & quos propriè curat. Exhibetur in ipso paroxysmo Epileptico ab Unc. j. ad Unc. js. In præservatione autem singulis Lunæ quadris, in omni humidâ etiam & nebulosâ aeris constitutione à Cochl. j. ad Cochl. ij.

# AQUA APOPLECTICA.

℞. *Sem. Erucæ*

Lib j.

*Sileris mont.*

*Carui*

*Anisi*

ana Unc. j.

*Rad. Caryophyllat.*

Unc. iiii.

*Paonia mar.*

*Pyrethri*

*Acori*

|                            |              |
|----------------------------|--------------|
| <i>Acori aquat.</i>        | ana Unc. ij. |
| <i>Bac. Juniperi</i>       | Unc. iij.    |
| <i>Lauri excort.</i>       | Unc. js.     |
| <i>Herb. Iva arthetic.</i> |              |
| <i>Hyssopi</i>             |              |
| <i>Majorana</i>            |              |
| <i>Origanj</i>             |              |
| <i>Verbena</i>             | ana Unc. s.  |

Confractis & contusis crasso modo affunde in matraccio capaci Vini Malvatici Lib. x. Spirit. Rosarum opt. Lib. ij. Stent in infusione per 14. dies ; postea in B. M. distill. ad siccitatem, & in liquore destillato iterum infunde :

*Flor. Liliorum convall. rec.*

*Primula veris rec.*

*Lavendula* ana Unc. iij.

*Salvia acut.*

*Calendula*

*Betonica*

*Anthos*

ana Unc. js.

*Cardamomi utriusque*

*Cubeborum*

*Lig. Aloes*

*Nuc. Moschat.*

*Macis*

*Cinamomi acut.*

*Galang. min.*

*Piperis long.*

*Caryophyllor.*

ana Unc. j.

Misc. & denuò digeratur per triduum ; deinde mediante B. Mariæ in organis Vitreis igne lentissimo destilletur : postea per se rectificetur inferendo rostro alembici Gallia

Galliæ Moschat. veræ Scr. j. bombace involuta. Tandem aqua invitro benè clauso usui servetur.

### *Vires, & Usus.*

**A**qua Sophorum rectius appellatur: quoniam est miræ virtutis in confortando cerebro & nervis. Memoriam & intellectum admodum juvat. Ab Apoplexiâ & Paralyfi præservat, nec non ab alijs periculosis Capitis affectibus. Humores insigniter discutit ac attenuat. Sanguinem puriorem reddit, & colorem vividum corpori tribuit. In Apoplexiâ præsertim apprimè confert, sive intrinsecus sumatur sive membra affecta illâ inungatur. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. &c.

### AQUA DE XTLOALOE.

℞ Spec. Conf. Anacard.

Unc. j.

Sem. Sileris mont.

Carui

Fanuli

Lavendula

ana Drach. vj.

Herb. Majorana

Rorismarin.

Salvia min.

ana Unc. s.

Flor. Primulæ veris

Stachad. Arab.

Rosar. rub.

Anthos

ana Drach. ij.

Galanga min.

Cinamomi acut.

Caryophyllorum

Macis

Nuc. Moschat.

*Cubebarum**Cardamomi min.*

ana Drach. j.

Crassiusculè incisa & contusa infundantur in vini Malvatici Lib. iiij. stent ita simul in sole, vel loco digestionis per mensem; postea adde:

*Aq. Liliorum convall.**Flor. Hypericj*

ana Lib. ij.

*Buglossa**Melissa**Betonica*

ana Lib. j.

Misc. & per B. M. destillentur; & in liquore destillato toto iterum infunde:

*Lig. Aloes ponderos.*

Unc. iiij.

*Cassie lignea*

Unc. j.

*Spec. Diaxyloaloes**Diambra*

ana Unc. s.

*Croci orient.*

Drach. j.

Misce & post debitam digestionem denuò per B. M. destilla, & aquam destillatam usui reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N confortandâ imbecillâ memoriâ hæc aqua illustris & famigerabilis est: aperit enim omnes meatuum cerebri obstructions, omnesque crassos, lentos, & viscosos capitis humores absumit. Dosis à Cochl. j. ad ij fumatur autem manè; simulque racha eadem illinatur & fricetur, nec non debita diæta observetur: Sic intellectum egregie juvat, oblivionem delet, & ingenium singulariter acuit.

**AQUA MASTICHINA.**

℞. *Aq. Mentæ crispæ*

Lib j.

*Caryophyllor. cum vino Malvat.*

*Destil*

*Destillat.*

Unc. iiii.

*Gran. Mastichis elect.*

Unc. j.

Coquantur in duplici vase per duas horas; postea filtrentur, cum syr Cydoneor, edulcorentur, & ad usum servantur.

*Vires Usus, Dosis.*

**I**N Nauseâ, Vomitu, & Cholerâ morbo, quæ cognata sunt mala, hæc aqua efficacissima est; Stomachum enim confortat, & facultatem retentricem maximè roborat. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij.

## AQUA HTPNOTICA.

℞. *Sem. Papav. alb. & nigri*

ana Unc. viij.

*Melon. excort.**Anethi**Anisi*

ana Unc. j.

*Amygdal. amar.*

Unc. ij.

*Rad. Glycyrrhiz.**Rac. Moschat.*

ana Unc. js.

*Cardemomi min.**Macis**Croci orient.*

ana Unc. s.

*Flor. Papav. errat.**Violarum rec.*

ana Drach. j.

Incidantur, contundantur & infundantur in.

*Aq. Lactuca*

Lib. iij.

*Rosar. rub.**Nymphaea*

ana Lib. ij.

*Portulaca**Endivia*

ana Lib. j.

Misc. & digerantur in loco calido per biduum aut tri-  
duum; postea B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N omnibus diuturnis vigilijs, doloribus acutis, in Febrili  
bumque ardentium calore & siccitate hujus aquæ longe  
tutior est usus, quam aliarum somnificarum, quas in sub-  
stantiâ, Hyoscyamus, Mandragora, opium &c. ob illorum  
virulentiam & nimis soporiferam qualitatem, ingrediun-  
tur. Dosis ab Unc. s. ad Unc. ij. plus minusve per se, vel ad-  
ditis amygdal. vel Sem. 4. frig. major. fiat emulsio exhi-  
benda.

**AQUA NARCOTICA.**

Rx. *Suc. Flor. Papav. errat. depurati*

Unc. xvj.

*Opij in aq. Solani diss.*

Unc. ij.

*Cort. rad. Mandragoræ*

*Croci oriental.*

ana Unc. s.

*Styracis calamit.*

Drach. ij.

*Lig. Aloes*

Drach. j.

Misc. & B. M. destillentur ad tertium cohobium.

*Vires, Usus, Dosis.*

**S**omnum mirabiliter provocat, & in omnibus doloribus,  
inquietudinibus, vigilijs extremis, anodynum est præ-  
stantissimum & accommodatissimum. Melancholicis &  
supramodum mæstis, Spiritus animales recreat, tristitiam  
aufert, & omnes nidores in cerebro tumultuantes discutit.  
Maniacorum & Phreneticorum bilis fervorem compescit  
& furiam illam mitigat, quibus subito quietem conciliat.  
Dosis à Drach. j. ad duas.

**AQUA**

AQUA OPHTHALMICA  
AUREA.

R. Decoct. Lig. Brasiliæ cum paucis Aluminis in vi-  
no Malvat.

Aq. Rad. Herb. & Flor. Valeriana cum vino  
destillat.

Sachari cum ana Fragis matur. destillat.

ana Unc. xij.

Rosarum fragantiß. Unc. viij.

Feniculi

Verbena

Flor. Cichorej

Euphrasia

Pulegij

Ruta hort.

ana Unc. vi.

Mellis virginej

Unc. iiij.

Tutia præp.

Unc. js.

Vitrioli alb.

Croci Metallor.

Myrrha rub.

Aloes Rosat.

ana Unc. s.

Sachari candialb.

Camphora

ana Drach. iij.

Zingib. albi

Caryophyllor.

Piperis nigri

Bac. Lauri

Cinamomi

ana Drach. j.

Sal. chelidonia.

Valeriana

Saturni

ana Scr. j.

Ex his omnibus invicem bene mixtis f. l. a. Collyrium quod in vitro clauso per mensem, aliquoties in die movendo, in lento ignis aut Solis calore digeratur; postea usui reservetur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

**I**N omnibus oculorum affectibus, valdè mirabilis est: Per  
fectissimè enim omnes oculorum prolapsus, inflamma  
tiones, lippitudines, nebulas, fistulas, maculas &c. curat  
vehementissimosque dolores sistit & si non eodem alter  
die per sanat, guttula una atque altera per oculorum cavi  
tes. manè, meridie, & vesperi diligenter diffusa.

AQUA OPHTHALMICA VI-  
RIDIS.

Rx. Mellis Virginej      Unc viij.

*Fragor. matur.*      Unc. iij.

*Vitrioli alb.*

Salis com. ana Unc. s.

Misc. & in vase aurichalcino stent in loco humido & frigido sæpius agitando, donec perfectè virescant, seu viridi sese demonstrent colore; postea adde:

*Vini Malvatici* Lib. j.

*Aq. Rosarum cpt.*

*Flor. sambuci* ana Lib. s.

*Consolid. regal.*

*Euphrasia*

*Chelidonia*

*Valeriana*

*Cyani* ana Unc. iiii.

Misc. stent in vitro clauso aut in caloris digestionem per  
mensē, vel, quod melius, sub dio soli & rori exponantur  
per aliquot septimanas, tunc viridissimus liquor separat.

se in superficiem, remanentibus in fundo fecibus impuris, à quibus separetur, & sic demum insolata promenda usui.

### *Vires & Usus.*

**A**D oculorum contusiones, inflammationes, ardores, rubedines, Lippitudines, inustiones, fistulas, pustulas, fluxum tenuem, epiphoram &c. medicamentum est solemne. Usus ejus, ut bis tervè in die gutta una atque altera oculo instilletur atque intrusa aqua per totum oculum diffundatur; sic infirmus cito curabitur.

### AQUA OPTHALMICA SUB- NIGRA.

*Rx. Vini Graci generosi*

*Lib. j.*

*Aq. Chelidonia*

*Rosar alba*

*Euphrasia*

*Feniculi*

*Ruta hort.*

*ana Unc. vj.*

*Caryophyllorum*

*Aloes epatic.*

*Tutia præp.*

*ana Drach. v.*

*Camphora*

*Drach. j.*

Misc. in phiolâ vitreâ & expone soli per dies caniculares, semel in die agitando; postea immotam reserva ad usum.

### *Vires, & Usus.*

**E**Piphoras rarefacit, rubores discutit, lippitudinum causas exfugit, corneam limpidiorem reddit, & foris subjacentes humores crassos extenuat. Usus tempore præcipue misce instillando parum in oculum, nec non perias ex collyrio hoc madentes, si opus, extrinsecus applicando.

AQUA

AQUA OPHTHALMICA DE  
CANCRIS.

Rx. *Cancror. fluviat. vivor. mense junio Sole & Lun.*  
*in cancro existentibus* Nro. xxxj.

Et pro pondere horum adde tantum Herb. Chelidon  
 cum toto, contunde hæc unà, ijsdemque porrò adde :

*Sem. Feniculi contus.* Unc. j.

*Fabar. marin. præp.*

*Camphora* ana Unc. s.

*Caryophyllor.*

*Aloes epatica*

*Tutia præp.* ana Drach ij.

Misce & divide in tres aquales partes, primamque par  
 tem in B. M. destilla; deinde partem alteram immitte cu  
 curbitæ, & destillatam illam à parte primâ aquam affunde  
 rursumque abstrahere, ut primâ vice, tum tertiam quoque par  
 tem infer, & aquas antea destillatas omnes iterum super in  
 funde, adeoque tertiâ vice destilla. Et sic verè præparat  
 est aqua illa de cancris & Chelidoniâ famosissima. Qu  
 vult, ex fecibus calcinatis salem potest extrahere, & mayo  
 ris efficaciam ergò admiscere.

*Vires & Usus.*

Hæc illa est aqua ophthalmica pretiosissima, magne  
 semper in pretio habita, cujus etiam Crollius in Basilicâ  
 suâ chymicâ mentionem facit his verbis: Mirum & stupen  
 dum ophthalmicum fit ex chelidoniâ & cancris. Quod si  
 debito artificio & tempore præparetur, oculos ad despera  
 tionem læsos, virtuosissimè restituit, & omnia vulnera 24  
 horarum spacio conglutinat. Hactenus Crollius. Sec  
 modum præparandi ex merâ invidiâ revelare noluit, vel i  
 pse

psemet nescivit, nisi quod ab alijs eundem deprædicari for-  
 san audijt. Hâc de aquâ opthalmicâ ægris oculis una, duæ,  
 phuresque guttulæ instillantur, vel illinantur plumâ galli-  
 næ nigræ, idque bis, ter, quaterve quotidie, pro ut neces-  
 sitas requirit, & continuandum hoc, donec æger sanitati  
 restituatur.

## AQUA OCULARIS INTERNA.

|                               |                |
|-------------------------------|----------------|
| ℞. <i>Bac. Juniperi</i>       | Unc. ij.       |
| <i>Cass. lignea</i>           | Unc. j.        |
| <i>Sem. Sileris mont.</i>     |                |
| <i>Faniculo</i>               | ana Unc. s.    |
| <i>Rutæ</i>                   | Drach. iij.    |
| <i>Spec. Diamoschi dulc.</i>  |                |
| <i>Nuc. Moschata</i>          |                |
| <i>Lig. Aloes</i>             | ana Drach. ij. |
| <i>Fol. Euphrasie</i>         |                |
| <i>Ucrbenæ</i>                |                |
| <i>Rutæ</i>                   |                |
| <i>Sum. Rosæmarin.</i>        |                |
| <i>Salvia</i>                 |                |
| <i>Pulegij</i>                |                |
| <i>Ancthi</i>                 |                |
| <i>Faniculo</i>               | ana Drach. js. |
| <i>Flor. Chelidon. major.</i> |                |
| <i>Betonica</i>               |                |
| <i>Lavendula</i>              |                |
| <i>Rosæ rub.</i>              |                |
| <i>Anthos</i>                 | ana Drach. j.  |

Macerentur in vini Malvatici Lib. vj. per octiduum;  
 postea B. M. destillantur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D visus imbecillitatem & caliginem, Spiritusque vis-  
vos confortandos, cerebrum humoresque ipsius recti-  
ficandos, præmissis universalibus, mirificè prodest. Do-  
sis manè & vesperi ab Unc. s. ad Unc. j. & Unc. js.

# AQUA PECTORALIS.

*Rx. Amygdal. amar.*

*Passular. min.*

*ana Lib. s.*

*Rad. Ireos flor.*

*Glycyrrhiz.*

*Altheæ*

*Tussilag.*

*ana Unc. j.*

*Malvæ min.*

*Symphyti major.*

*Enulæ camp.*

*ana Unc. s.*

*Sem. Feniculi*

*Anisi*

*Cydoneor*

*Card. bened.*

*Card. Maria*

*Myrtillor.*

*Urtica*

*ana Drach. iiij.*

*Croci oriental.*

*Cardamom. min.*

*Macis*

*Cinamomi acut.*

*ana Drach. ij.*

*Herb. Pulmonar. utriusque*

*Veronica*

*Marrubij*

*Hederæ ter.*

*Capil. Ven.*

*Scabiosa*

Hyssopi

Salvia

ana Drach. js.

Flor. Chamomilla.

Farfara

Violarum

Jacea

ana Drach. j.

Incisa & contusa infund. in Hydromellis opt & antiqui Lib. xij. & digerantur per octiduum; postea B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D miraculum usque in omnibus thoracis affectibus, utpote; Dispnaë, Orthopnoeâ, Asthmate, Tussi &c. operatur. Piritum crassam, lentam & viscosam in pulmonibus vel capacitate pectoris collectam, attenuando, incidendo, ac detergendo ad eductionem per sreatum, facilem reddit, & Stomachum simul confortat. Præservat & curat una cum spec Diasulph. nost. sumpta, omnes putrefactiones & apostemata. Prætereâ Phthisicis, Pleuriticis, Suspiriosis, Arteriacis, Empyacis, seu purulenta excreantibus peculiariter & efficaciter opitulatur. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. & Unc. ij.

### AQUA ANTIPHTHISICA.

**Rx.** Cons. rad. Consolid. major.

Rosar. rub.

ana Lib. j.

Micarum panistic.

Unc. iiij.

Pinearum mundat.

Pistat. virid.

ana Unc. iiij.

Rad. Chinæ

Unc. ij.

Flor. Epatica alb.

Roris marini

*Medull. Nuc. Irid.* ana Unc. j.

*Macis* ana Unc. s.

Confractis & contusis affunde in matraccio capaci:

*Aq. Pulmon. vituli* Lib. ij.

*Plantaginis*

*Caponis* ana Lib. j.

*Cinamomi bugloss.*

*Veronica*

*Scabiose* ana Lib. s.

Stent in infusione per octiduum, aliquoties in die movendo; postea adde:

*Suc. Tus si lag. exp.*

*Lact. Caprini* ana Lib. js.

*Sang. Porcelli unius* (vom gangen

Spanferken)

*Limacum è suis testis extract. & contus.*

Unc. js.

*Hepat. Gallinarum* No. iij.

*Croc. oriental.* Drach. j.

Denuò misce, & B. M. per alembicum destilla.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**E**Staqua mirabilis operationis & expertissima ad curandum Phthisin, sanandum ulcera Pulmonum, & purgandum pectus ab humoribus crassis. Phthisicis autem ex thorace rheumatizantibus; Item, Asthmaticis, Peripneumonicis &c. in sequenti formâ exhibere solemus, & oculariter juvat.

*R. Aq. Antiphthisic.* Unc. xix.

*Sacharicand. alb.* Unc. iij.

*Lact. Sulphuris* Drach. ij.

*Flor*

Flor. Sulphuris

Drach. js.

Mag. Perlar. orient.

Cora<sup>l</sup>. rub.

ana Drach. j.

Misc. Dosis manè meridiè & vesperi à cochl. j. ad cochl. ij. Et homo ex hujus liquoris usu fit valdè pinguis: quia humectat, lenit, nutrit, confortat, humiditatem radicalem restaurat, & Tussim sedat. Extenuatis, consumptis, & Hecticis maximum solatium est; illos enim pristinae sanitati restituit & morbum planè expellit: sed priusquam ad usum medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

## AQUA PULMONIS VITULI.

Rx. Interiora Vituli, Cor scilicet, Pulmones, Epars; eaque deposita pinguedine & exemptis probè venulùs, minutim conscinde; postea adde:

Rad. Consolidæ major. Unc. iiij.

Herb. Pulmonaria Gallicæ

Sanguisorbæ

Hyssopi

Veronica

Salvia

Agrimonie

ana Unc. s.

Affunde earundem aq. f. q. & decoque in ollâ vitrea, anovâ coopertâ.

Rx. Brodij cum toto

Lib. iiij.

Aq. Borriginis

Buglossæ

Rosarum

ana Lib. j.

Spec. Diamargar. frig.

Rad. Pimpinellæ

Cinamomi acer. ana Unc. j.

*Quat. Sem. frigid. major.*

ana Drach ij.

*Flor. Cordial.*

ana Drach. j.

Misc. & B. M. per alembicum destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**ectici & phthisici hujus aquæ usu diu possunt fove-  
ri; Propterea non sine ratione apud nos descriptio  
hæc semper in magno pretio est. Dosis per se à chochl. j. ad  
cochl ij.

### AQUA CAPONIS.

*R. Caponem, quem s. a. coque in ollâ novâ  
vitreatâ cum*

*Passular. minor.*

*Pinearum*

*Rad. Glycyrrhiz.*

Unc. j.

*Jujuben*

*Sebesten*

ana No xij.

*Caricarum recent*

No. viij.

*Herb. Pulmonaria*

*Endivia*

*Farfara*

*Lactuca*

ana Unc. s.

*Flor Violarum*

*Betonica*

ana Drach. j.

Peractâ coctione contusis omnibus in mortario lap-  
ideo, adde:

*Vini Canariensis*

Lib. iij.

*Aq. Tusilaginis*

*Marrubij*

*Baglosæ*

ana Lib. j.

*Micæ panis alb. lacte capril. macerat.*

Lib. s.

*Cons. Borraginis*

*Rosarum*

*Polytrichi*

ana Unc. iij.

*Spec. Diamargarit. frig.*

Unc. s.

*Cinamomi acut.*

*Macis*

*Sem. Anisi*

ana Drach. ij.

Mixta per alembicum e B. M. destill. secundum artem; & liquor destillatus usui servetur.

*Vires, Usus, Dosis.*

HÆc Caponis aqua per se, in morbis pectoralibus, Tussi nempe, Asthmate, Phthisi, &c. exhibita, efficacissima & famosissima est. Dosis à Cochli. j. ad Cochli. ij. & tria.

AQUA CINAMOMI BUGLOSSATA.

*Aq. Buglossæ*

Lib. vj.

*Flor. Violarum*

*Rosarum*

ana Lib. ij.

*Cinamomi acut.*

Lib. j.

*Cort. Rad. Bugloss.*

Unc. iij.

*Flor. Borraginis*

*Melissæ*

ana Unc. j.

*Spec. Diarrhod. Abb.*

Unc. s.

Misc. & post debitam digestionem in B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Concoquit, emollit, venenis resistit; Cerebrum, Cor, Ventri-

Ventriculum, Hepar, Splenem confortat. Oculos clarificat. Urinam movet; nec non Renibus & Vesicæ convenit. Dosis à cochl. j. ad cochl. ij. & tria.

### AQUA EX CORDE CERVI.

℞. Cord. Cervi minutim incis. No. j.  
 Cinamomi acut. Unc. s.  
 Caryophyllorum  
 Cardamom. min.  
 Galang min.  
 Macis  
 Croci or. ana Drach. ij.  
 Lig. Aloes  
 Santal. citrin.  
 Cort. Citri  
 Sem. ocymii caryophyllat. ana Drach. js.  
 Flor. Lavendulæ  
 Rorismarin.  
 Melissa  
 Salvia ana Drach. j.

Macerentur in vini Malvatici Libr. vj. per noctem & manè in B. M. per alembicum destillentur.

### Vires, Usus, Dosis.

COr confortat, illudque à tremore & alijs periculosiss ac cidentibus præservat; Tum quoque casum virtutis & defectum animi curat: Spiritus enim vitales & naturale fovendo & augendo resuscitat, & Cordi quam citissim subvenit. Dosis à cochl. j. ad duo vel tria cochlearia.

### AQUA CORDIALIS FRIGIDA.

℞. Cons. Rosarum rub. Lib. js.

Fruct.

*Fruct. Rubi Idæi* Lib. j.

*Spec. Diarrhod. Abb.*

*Diamargar. frig.* ana Unc. js.

*Sem. oxalidis* Unc. j.

*Santalor. omnium* ana Unc. s.

*Flor. Cordalium* ana Drach ij.

Misc. & infunde in aquarum sequentium;

*Acetosella*

*Nymphaea*

*Fragorum*

*Violarum*

*Borraginis*

*Buglossæ* ana Lib. j.

Mixta digerantur per aliquot dies; postea iterum adde.:

*Aq. Cinnamon buglossat.* Lib. js.

*Suc. depurat. Cidoneor.*

*Limonum*

*Citri* ana Lib. s.

Denuò misce & in B M. per alembicum abstrahe:

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N omnibus ardentibus Febris & alijs morbis summè calidis & corrosivis, suaviter & supra modum Cor exæstians refocillat, & inde omnium virium imbecillitatem, firmat. Iis quoque, quibus animus deficit, sive à corde, sive Stomacho originem ducat, omnem noxæ venenosæ causam vitalium partium discutit, & Spiritus ex nimij caloris imbecillitate & tremore languentes ad pristinum statum & robur restituit. Dosis ab Unc. j. ad ij.

AQUA CORDIALIS CA-

L I D. A.

29

R. Cina-

|     |                               |                  |
|-----|-------------------------------|------------------|
| Rx. | <i>Cinamomi acut.</i>         | Unc. iiij.       |
|     | <i>Rad. Caryophyllat.</i>     | Unc iiij.        |
|     | <i>Caryophyllorum</i>         |                  |
|     | <i>Terra sigillat.</i>        | ana Unc j.       |
|     | <i>Cardamom. utriusque</i>    |                  |
|     | <i>Galanga min.</i>           |                  |
|     | <i>Macis</i>                  |                  |
|     | <i>Zedoaria</i>               |                  |
|     | <i>Flav. Cort. Aurantior.</i> |                  |
|     | <i>Cort. Citri</i>            |                  |
|     | <i>Sem. Ocymicaryoph.</i>     | ana Unc. 3.      |
|     | <i>Ligni Aloes odorat.</i>    |                  |
|     | <i>Crocioriental.</i>         |                  |
|     | <i>Spica Indica</i>           |                  |
|     | <i>Pulij exsiccata.</i>       | ana Drach. iiij. |
|     | <i>Flor. Borraginis</i>       |                  |
|     | <i>Buglossa</i>               | ana Drach. js.   |

Pulverisata & mixta infund. in Vini Malvatici Lib  
iiij. stent in Infusione per octiduum; postea adde:

|                                      |             |
|--------------------------------------|-------------|
| <i>Aq. Cinamomicum vino destill.</i> |             |
| <i>Flor. Tunicæ</i>                  | ana Lib js. |
| <i>Roris marini</i>                  |             |
| <i>Lavendula</i>                     |             |
| <i>Melissa</i>                       |             |
| <i>Salvia</i>                        | ana Lib. j. |

Misc. & in B. M. per alembicum abstrahe.

*Vires Usus, Dosis.*

**O** Pitulatur valdè mirabiliter omnibus frigidis Cordis  
affectibus, ejusque palpitationi & animi defectioni pro-  
dest. Lypothymiam & Syncopen curat. Spiritus vitales  
recre-

recreat. Tristitiam citra causam ortam amovet & Cor exhilarat. Eos quoque, qui à longo morbo adhuc debiles sese recolligunt, egregiè roborat. Corpus universum vividum reddit & canitiem retardat: Quicunque enim senex utitur hâc Medicinâ non indiget alia in sanitatis suæ conservatione. Dosis à cochl. j. ad cochol. ij. & iij. pro unâ vice.

### AQUA ACETOSA STOMACHALIS.

|            |                              |                |
|------------|------------------------------|----------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Sachari albiss.</i>       | Lib. j.        |
|            | <i>Cons Rosar. rub. opt.</i> |                |
|            | <i>Aq. Rosarum</i>           | ana Unc. iiij. |
|            | <i>Sp Vitrioli rect.</i>     | Unc. s         |

Fiat mixtura; postea colatura servetur ad usum.

#### *Vires, Usus, Dosis.*

**A** Cetosa hæc stomachalis, utrobiq̃ue, idest, intemperie. ram calidâ quam frigidâ, valet; cujus effectus etiam in inappellentia & fastidio, quod fit ex succo vitriolato vitiatum in Ventriculi fundo & consopito, satis laudari nequeunt. Omnem enim coctionem sive ablatam, sive tardam, sive vitiatam, insigniter juvat, & Ventriculo robur conciliat. Exhibenda in iusto vehiculo, (horis duabus ante pastum sine motu, vel horâ unâ cum motu) prævalente quidem caliditate cum vino Granatorum vel Syr. Limonum vel acetos. Citri, vel tinct. Rosar. &c. prædominante verò frigiditate cum aq. Cordiali, vel Stomachicâ nost. calidâ, aut vino Absinthiaco, Malvatico, aut alio generoso. Dosis est saporis in acidum mutatio.

### AQUA STOMACHICA CALIDA.

|            |                       |          |
|------------|-----------------------|----------|
| <i>Rx.</i> | <i>Galangæ min.</i>   | Unc. js. |
|            | <i>Caryophyllorum</i> |          |

*Nuc. Moschat.**Cinamomi acut.**Zingib. alb.**Mastichis elect.**Rad. Pimpinella**Enula camp.**Acori aquat.*

ana Unc. j.

*Mentacrispa*

Drach. vj.

*Rorismarini**Salvia acut.**Absinthij.*

ana Unc. s.

*Cardamomi utriusque**Calami aromat.**Macis**Piperis longi**Sem. Ameos.*

ana Drach. iij.

*Schananti**Spica Indic.**Lig. Aloes*

ana Drach. ij.

Mixta & confusa macerentur in vini Malvatici Lib. viij. Aq. Pulegij & Melissæ ana Lib j. per 14. dies; postea B. M. destillentur.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**V**entriculum frigidum calefacit atque rectificat: Tor-  
siones, punctiones & dolores sedat: Pituitam & humo-  
rem crudum in eo collectum digerit, ac concoquit. Phle-  
gmaliquefacit. Nauseam & vomitum sistit. Acido ructui  
medetur. Podagram à causâ frigidâ dissolvit: Nec non ad  
maciem & dispositionem senectutis, ad excitandum appe-  
titum & caliditatem in senibus, ad fugandum ventositatem  
crassam, ad aperiendum oppilationes, ad resolvendum hu-  
midita-

miditates superfluas & corruptas, juvamentum divinum est. Dosis à cochl. j. ad duo & tria, vel ab Unc. s. ad Unc. j. & duas.

# AQUA EPATICA FRIGIDA.

Rx. *Fragorum maturor.* Lib. j.  
*Spec. Diarrhod. Abb.* Unc. iij.

*Rad. Cichorei*

*Agrimonia*

*Scorzoneræ*

*Eryngij*

ana Unc. j.

*Flor. Centaur. min.*

*Epaticæ alb.*

*Borraginis*

*Rosar. rub.*

ana Unc. s.

*Rhabarb. elect.*

Drach. iij.

*Santalor. omnium*

ana Drach. ij.

*Sem. Quat. frig. major. & minor.*

*Oxalidis*

ana Drach. js.

Incisa & contusa infund. in Vini rub. Lib. iij. Stent in infusione per octiduum; postea adde:

*Aq. Flor. Epatic. alb.*

*Portulacæ*

*Acetosellæ*

*Endivia*

*Melonum*

*Cichorei*

*Rubildai*

*Cuscutæ*

ana Lib. j.

Misc. & per alembicum in B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Qq 3.

Tutif

**T**utissimus & felicissimus hujus aquæ usus est, in omnibus Febribus ardentibus, Tertianis, Quotidianis, Quartanis, ceterisque totius corporis à calore proficiscentibus noxis, in quibus Epar patitur. Insuper Ventriculi, Pulmonum & Lienis intolerabilem & corrosivum calorem alterando & confortando virtuosissimè & oculariter attemperat ac emendat. Dosis alternis horis ab Unc. j. ad duas & tres, per se vel cum syrupis convenientibus & specificis.

### AQUA EPATICA CALIDA.

*Rx. Spec. Diacubet,* Unc. iij.

*Rad. Costi amari*

*Apij*

*Curcuma*

*Feniculi*

*Gran. Juniperi*

*Sem. Anisi*

*Ameos*

*Dauci*

ana Unc. j.

*Calami aromat.*

*Rhabarb. elect,*

*Cass. lignea*

ana Drach. vj.

*Spica Indica*

*Croci orient.*

*Schen anti*

ana Drach. iij.

*Herb. Abrotani*

*Absinthij*

*Agrimenia*

*Serpilli*

*Scordij*

ana Unc. s.

*Flor. Epaticæ alb.*

*Stachad. citrin*

ana Drach. js.

Omnia

Omnia fideliter contusa & mixta infundantur in vini generosi Lib. vj. digerantur per octo dies; postea adde:

*Aq. Centaur. min.*

*Cichorei*

ana Lib. js.

*Veronica*

*Capil. Vener.*

*Chamomilla*

*Fumaria*

*Marrubij*

*Scolopendria*

*Epatica alb.*

ana Lib. s.

Misc. & per alembicum in B. M. destill.

*Vires, Usus, Dosis.*

**P**ROPINIATUR felicissimè in omnibus morbis Epatis frigidis, ejusque obstructionibus. Cachexiæ & Hydropi auxiliatur. Hepatis quoque & Lienis ægritudines antiquas & chronicas eradicat, & ad illorum humiditatem frigidam confert: Crassos enim, lentos & viscosos humores in illis collectos incidit ac attenuat. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij. vel tres, per se, vel cum syrupis appropriatis.

### AQUA SPLENETICA.

*Rx. Rad. Filicis utriusque*

*Polypodij*

*Apij*

ana Unc. js.

*Aristoloch. rot.*

*Acori aquat.*

*Calami aromat.*

*Livistic.*

ana Unc. j.

*Rhabarbar. elect.*

*Cort. Capparii*

*Tama-*

*Tamarisc.* ana Drach. vj.  
*Herb. Absinthij pont.*  
*Artemisia*  
*Agrimonia*  
*Fumaria*  
*Scolopend.*  
*Cassutha*  
*Ceterach.* ana Unc. s.  
*Sem. Livistic.*  
*Feniculi*  
*Cymini*  
*Anisi*  
*Carui* ana Drach. ij.

Crassiusculè concisa & mixta infundantur in vini Rhodani Lib. x. Stent in digestionem per Octiduum; postea B.M. per alembicum abstrahantur.

*Vires, Usus, Dosis.*

IN Liene ac venis meseraicis materiam crassam & succum melancholicum collectum attenuat ac emollit. Obstructiones liberat. Inflationes & tumores dissolvit. Ictericis nigræ, Melancholiæ hypochondriacæ, Febribusque quotidianis mirè medetur. Dosis manè & vesperi ab. Unc. j. à tres.

AQUA ANTIHTDROPICA.

R. *Sem. Erucæ* Lib. s.  
*Fraxini*  
*Cymini*  
*Apij* ana Unc. js.  
*Rad. Acori veri*  
*Caryophyllat.*  
*Vince toxic.*

*Curcumæ*

*Costi amar.*

*Card. Mariæ*

*Ebuli*

*Sars. perill.*

ana Unc. j.

*Rhabarb. elect.*

*Galangæ min.*

*Nuc. Moschat.*

*Caryophyllor.*

ana Drach. vj.

*Cort. Capparum*

*Med. Sambuc.*

*Tamarisc.*

ana Unc. s.

*Herb. Agrimonie*

*Soldanellæ*

*Sum. Juniperi virid.*

ana Unc s.

*Flor. Epaticæ alb.*

*Sambuci*

ana Drach. ij.

Incisa, contusa & mixta infundantur in vini Malvatici Lib. viij. Digerantur per 14. dies in loco calido, vase singulis diebus aliquoties agitato ; postea adde :

*Aq. Absinthij Pont.*

*Abrotani*

ana Lib. js.

*Epaticæ nost. utriusque*

*Artemisie*

*Card. bened.*

*Serpilli*

ana Lib. j.

Misc. & per alembicum in B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Est proprium Hydropicorum remedium : Frigidum enim Epar calefacit & confortat, ejusque obstructions

R r

libe-

liberat & facultates auget. Flatus crassos dissipat. Materiam Cachexiæ & Hydropis absumit, & vi diaphoreticâ expellit. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij. & tres.

### AQUA ANTI SCORBUTICA:

*Rx.* Raphani Sylvest. in taleolas incisi  
Lib. j.  
Unc. ij.

Rad. Polypodij

Angelica

Ostrucij

Zedouria

ana Unc. js.

Ras. Lig. Guajaci

Sassafras

Calamomi aromat.

Galangamin.

ana Unc. j.

Cardamomi min.

Crociorient.

Sem. Feniculi

Cort. Capparum

Tamarisc.

ana Drach vj.

Incisa & contusa infundantur in vini Malvatici Lib vj. Digerantur in loco calido per octiduum, vase quotidie semel atque iterum exagitato; postea adde:

Aq. Nasturtij aquat.

Cochlearia

Urtica min.

Vermicular.

Chelidon. min.

Numularia

Fumaria

ana Lib. j.

Misc. & in B. M. per alembicum abstrahantur.

Vires Usus, Dosis.

Mede.

**M**Edetur propriè in hisce maritimis & Aquilonijs Regionibus affectui, quem vocant Scorbuticum: Lienis enim obstructions liberat. Humorem sæculentum melancholicum emollit ac attenuat Sanguinem quoque in universo corpore rectificat, Splenemque validè confortat. Exhibetur auroris aliquot continuis ab Unc. j. ad Unc. ij. & Unc. iij.

## AQUA ANTICOLICA, SEU CARMINATIVA.

|                                            |                |
|--------------------------------------------|----------------|
| <i>Rx. Flav. Cort. Aurantior.</i>          | Unc. j.        |
| <i>Rad. Zedoaria</i>                       | Unc. iij.      |
| <i>Bac. Lauri ex cort.</i>                 |                |
| <i>Gran. Jnniperi</i>                      | ana Unc. js.   |
| <i>Calami aromatici</i>                    |                |
| <i>Galang. min.</i>                        |                |
| <i>Cinamomi acut.</i>                      | ana Unc. j.    |
| <i>Sem. Quat. calid. major. &amp; min.</i> |                |
| <i>Carefolij</i>                           |                |
| <i>Nigella</i>                             |                |
| <i>Anethj</i>                              | ana Drach iij. |

Crassiusculè contusa & mixta infundantur in vini Malatici Lib. viij. Stent in Infusione per octiduum; postea dede:

*Aq. è Suc. Chamomill. ter destillat.*  
*Serpillicum vino destil. ana Lib. j.*

Misc. & in B. M. per alembicum destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Colicæ passioni, quæ à materiâ frigidâ & humidâ, vel flatibus originem trahit, præmissis universalibus, mirè redetur. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & tria, vel ab Unc. j. ad duas vel Unc. iij.

AQUA BENEDICTA SER-  
PILLI.

Rx. *Herb. Serpillicum florib. tempore matutino ante  
Solis exortum decreſcente Lunâ collect.*

Unc viij.

*Chamomill. Roman.* Unc. ij.

*Satureja*

*Thymi* ana Unc. j.

Infundantur in vini Rhenani opt. Lib. viij. Stent in Infusione per aliquot dies ; postea destillantur. In liquore destillato iterum infunde :

*Herb. Serpillicum florib.* Unc viij.

*Cassia lignea* Unc. j.

*Lig. Aloes*

*Macis* ana Unc. s.

Incide in particulas minimas, & post debitam digestionem denuò per alembicum in B. M. destilla & sic verè præparata est.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N omnibus Catarrhis & defluxionibus tum prohibendis tum etiam Caput ab iisdem præservandis prodest. Cerebrum, Ventriculum, & omnia intestina frigida corroborat. Cibi appetentiam excitat. Urinam ciet Calculum expellit. Dolores Ventris & maximè Colicam mitigat. Flarus à visceribus & hypochondrijs dissipat. Tormina & singultus sedat. Vomitiones cohibet. Menses provocat. Partum, secundinas, & Fætum mortuum ejicit. Concretum sanguinem dissolvit. Senibus, Orthopnoicis, & Anhelatoribus ; item, ruptis & vullis auxiliatur. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. & Unc. ij.

## AQUA CASTITATIS.

Rx. *Terr.*

|     |                       |                 |
|-----|-----------------------|-----------------|
| Rx. | Terræ Sigillatæ       | Unc. iij.       |
|     | Sem. Agnicasti        | Unc. js.        |
|     | Rutæ                  |                 |
|     | Nymphaea              |                 |
|     | Lactucæ               |                 |
|     | Papav. alb.           | ana Unc. j.     |
|     | Canabis               |                 |
|     | Acetosæ               |                 |
|     | Portulac.             |                 |
|     | Endiviæ               |                 |
|     | Milij Solis           |                 |
|     | Ameos                 |                 |
|     | Coriand. præ.         | ana Drach. vj.  |
|     | Rad. Diptam. alb.     |                 |
|     | Cynagloss.            |                 |
|     | Bistortæ              |                 |
|     | Ireos flor.           | ana Unc. s.     |
|     | Santalor. omnium      |                 |
|     | Mag. Saturni          |                 |
|     | Camphora              | ana Drach. iij. |
|     | Herb. Absinthij pont. |                 |
|     | Mentæ crisp.          |                 |
|     | Bursæ Pastor.         |                 |
|     | Taraxac.              |                 |
|     | Verbena               |                 |
|     | Fol. Salicis          | ana Drach. ij.  |

Incidentur, contundantur & infundantur in vini rub.  
 tinctici Lib. x. permittantur in digestionē per octiduum;  
 postea B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**H**Æc aqua non immeritò casta vocatur: Quia Monachorum, virginum monialium, viduarum, illorumque qui in cælibatu vivere constituerunt, ignitum & prolificum semen ita compescit, ut indelibidinosi omnes eâ utentes, in castitatis & modestiæ amantes, sine sanitatis periculo facillimè evadant: Suâ enim frigiditate & occultâ quadam proprietate Rem Veneram dissolvit. Præterea præmissis universalibus, unamquamque Gonorrhæam feminisque profluvium absque ullâ molestiâ curat. Dosis manè & vespere vel tempore necessitatis à Unc. j. ad Unc. ij. & Unc. iij.

## AQUA FEBRIFUGA.

℞. *Spec. Febrifug. nost.*                      Unc. iij.  
*Herb. Centaur. min.*  
*Card. bened.*  
*Quinque folij*  
*Absinthij*                      ana Unc. iij.

Marcerentur in sero caprino & in arenâ destillentur ad tertium cohobium.

*Vires, Usus, Dosis.*

**E**Xtirpat Tertianam notham & Quartanam sine dubio: præmissis tamen universalibus. Dosis ab Unc. ij. ad Unc. iij. manè in aurorâ & tempore paroxysmi.

## AQUA HYSTERICA.

℞. *Bac. Sambuci exsic.*                      Unc. iij.  
*Rad Bryonia*  
*Dictam. alb.*  
*Peonia*  
*Zedoaria*                      ana Unc. j.  
*Visci quercin.*                      Drach vj.  
*Cass. Lignea*  
*Myrrharub.*

*Carda-*

*Cardamom. min.*

*Crociorient.*

*Castorei veri*

ana Unc. s.

*Sem. Agnicasti*

*Cymini*

*Dauci*

*Rutæ*

ana Drach. iij.

*Flor. Pulsatillæ*

Drach. ij.

Incisa & Contusa infundantur in vini Malvatici Lib.  
vj. macerentur per 14. dies; postea adde:

*Aq. Artemisic.*

*Matrisaria*

*Pulegij*

*Melissæ*

*Nepetæ*

ana Lib. j.

Misc. & per B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Aluberrima hæc aqua omnes Uteri suffocationes etiam  
periculosissimas, vel saltē desperatas & gravissima inde-  
nata symptomata curat atque mitigat. Dosis à cochl. ij. ad  
ij. in ipso paroxysmo per se, vel cum Spec. Diajovis Scr. j. vel  
Troch. Jovial. Scr. s. aut cum Specif. Uterini nost. Scr. j. In  
præservatione autem singulis Lunæ quadris cochl. j. suffi-  
cit.

Alia aqua Epileptico-Hysterica famosissima, olim à  
Viro Clarissimo & Excellentissimo Dn D. Jacobo Marti-  
ni Physico Lubecensi primario & Practico felicissimo a-  
nico meo honorando p. m. adhibita, & adhuc in eadem of-  
ficina usitata, vulgariter Aq. Lit. A dicta.

*R. Cinamomi opt.*

Unc. j.

*Cary-*

*Caryophyllor.**Zingiberis**Nuc. Moscat.*

ana Drach. vj.

*Cort Citri**Aurantior.*

ana Unc. s.

*Spica Indica*

Scr. iiij.

*Herb. Scariola**Pulegij**Scordij**Melissa**Mentha**Abrotani sem.**Matricaria*

ana Unc. ij.

*Salvia*

Unc. viij.

*Majorana*

Unc s.

*Sum. Rorismarin.*

Unc. iiij.

*Castorei veri*

Scr. xvj.

*Vini adusti*

Lib. vj. civil.

*Vini Rhenani*

Lib. xvj.

Digerantur per triduum in loco calido ; postea B. destillentur.

## AQUA DOMINARUM.

℞. *Cassia Lign.*

Unc. ij.

*Rad. Artemisia rub.**Gentiana**Dictamni alb.*

ana Unc. js.

*Nucl. Amygd. amar.**Persicorum**Cerasorum*

ana Unc. j.

*Myrrha rubra**Borrac. Venet.*

Sem. Lavendulae

ana Unc. s.

Herb. Marrubij

Ruta

Sabina

ana Drach. iij.

Flor. Centaur. min.

Sambuci

Cheiri

ana Drach. ij.

Medull. Nucl. interior. Lap. Aëtus

Castorei veri

Opopanacis

Sagapeni

Asafetida

ana Drach. js.

Piperis nigri

Crocioriental.

Succin. alb.

ana Drach j.

Crassiusculè incisa & contusa infundantur in vini Mal-  
tatici Lib. vj. digerantur per aliquot dies; postea adde:

Aq. Calamenti

Buglossæ

Matricariae

Artemisiae

Pulegij

Verbena

ana Lib. j.

Misc. & in B. M. per alembicum abstrahantur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Artum faciliat. Fætum mortuum; nec non secundi-  
nem tardantem sine morâ expellit, quæ aliàs si diu deti-  
etur, Cerebro, Cordi, ac Stomacho nocumenta non exi-  
ta communicat, pravis vaporibus ex eâ elevatis & ad jam  
ctas partes traductis. Quare ejuseductio neque negli-

genda neque parvi facienda est. Hæc aqua etiam tarditam menstruam præsentia auxilio sollicitat. Dosis à cochl. j. ad cochl. ij. & tria.

## AQUA ANTINEPHRITICA.

L. Rad. *Ononidis* Lib. j.

Minutim concisæ macerentur in vini generosi Lib. iiij per tres dies; deinde exprimantur, & in colaturâ infundantur

Rad. *Glycyrrhizæ rasæ*

*Saxifrag. cum toto*

*Petroselini*

*Eryngij*

*Pimpinella*

ana Unc. iiij.

*Gran. Alkekingi*

*Juniperi*

ana Unc. iiij.

*Sem. Milij Solis*

*Fanuli*

*Melonum*

*Urtica*

ana Unc. ij.

*Lig. Sassafras*

*Nephritici*

ana Unc. j.

*Cinamomi acut.*

*Macis*

ana Unc. s.

Stent in infusione per aliquot dies; postea adde:

*Suc. Hedera ter.*

*Portulacæ*

ana Lib. js.

*Fumaricæ*

*Petroselini*

*Veronica*

ana Lib. j.

Misc. & in B. M. ad secundum cohobium destillentur.

*Vires Usus, Dosis.*

**A**D miraculum Renum calculosam dispositionem emendat, eos confortando & materiam lapidis educendo. Do-  
sis cochl. ij. tum præservationis tum curationis ratione.

**AQUA LITHONTRIPTICA.**

**Rx.** Nucl. Cerasorum

*Persicor.*

ana Unc. x.

*Amygd. amar.*

    Unc. v.

*Flor. Sambuci*

*Acatia*

ana Unc. iij.

*Rad. Pimpinella*

*Aronidis*

*Verbena*

*Eryngij*

*Malva min.*

ana Unc. j.

*Ras. Lig. Fraxini*

*Off. Mespilorum*

*Sang. Hircini præp.*

*Cinamomi acut.*

*Galangæ min.*

*Lap. Percar. pisc.*

*Oc. Cancræ*

ana Drach. vj.

*Bac. Lauri ex cort.*

*Gran. Juniperi*

*Alkekengi*

ana Unc. s.

*Fol. Hederæ ter.*

    Drach. iij.

*Sem. Saxifrag. alb.*

*Urtica Rom.*

*Lapathi major.*

*Petroselinæ*

*Genistæ*

*Mily Solis*

Dauci

ana Drach. j.

Omnia incisa & contusa infundantur in vini Malvatici Lib. xvj. Et digerantur, sæpè movendo, per 14. dies. ; Postea B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**P**Ropinatur in omnibus calculorum generibus, in quibuscunque etiam sint membris. Præcipuè autem lapides Renum & Vesicæ potenter confringit, egregiè dissipat, atque inde arenam remorataque urinam mirabiliter expellit, Lumborum dolores sopit, nec non stranguriam & dyfuri- am è vestigio solvit. Dosis per se ab Unc. j. ad duas per se vel cum syrupis appropriatis, manè stomacho jejuno.

**AQUA CONTRA ARDOREM  
URINÆ.**

℞. Rad. Glycyrrhizæ

Althææ

Malvæ min.

Ireos flor.

ana Unc. ij.

Pinearum mundat.

Amygd. dulc.

ana Unc. js.

Sem. Melonum ex cort.

Cydoneorum

Apij

Papaveris alb.

Endiviæ

Lactucæ

ana Drach. vj.

Gran. Alkekengi

Myrtillorum

Cassie fistule

Galang. min.

ana Drach. iiij.

Herb.

Herb. *Violaria**Bellis min.**Veronica*

ana Drach. ij.

Incidentur, contundantur, & infundantur in aquarum  
sequentium :

*Flor. Papav. errat.**Malva utriusque* ana Lib. js.*Plantaginis**Portulacæ**Violarum**Lactucæ**Fol. Quercin.**Numularia*

ana Lib. j.

Digerantur per aliquot dies; postea in B. M. per alembicum destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**rdorem & difficultatem urinæ mitigat. Ciborum calidorum & lotij acrimoniam obrundit. Exulceratâ fistulâ urinariâ, Vesicâ, Renibus, & ureteribus, ulcera detegit, glutinat, & cicatrice tegit. Præsens est remedium, quod in omnibus etiam Vesicæ scabiei ac inde mictioni creberrimæ innoxius, utile expertus sum: Quia urinæ strigmenta mucoſa, aspera, & dolorifera complanat atque lenit. Dosis ab Unc. j. ad Unc. iij.

## AQUA CONTRA VERMES.

*Ris. Cornu Cervi*

Unc. iij.

*Mercurij vivi sale & aceto optime**purgat.*

Unc. ij.

*Fol. Senæ Alexand. elect.**Sem. Cinæ & Citri*

|                                            |                  |
|--------------------------------------------|------------------|
| <i>Corallina vera</i>                      | ana Unc. js.     |
| <i>Nucl. Persicorum</i>                    |                  |
| <i>Rhabarb. electi</i>                     |                  |
| <i>Agarici opt.</i>                        |                  |
| <i>Myrrharub.</i>                          | ana Unc. j.      |
| <i>Rad. Dictamini alb. exempta medulla</i> |                  |
| <i>Aristoloch. rotund.</i>                 |                  |
| <i>Zedoaria</i>                            | ana Drach. vj.   |
| <i>Tartari alb.</i>                        |                  |
| <i>Nitri præp.</i>                         |                  |
| <i>Crociorient.</i>                        | ana Unc. s.      |
| <i>Sum. Centaur. min.</i>                  |                  |
| <i>Tanaceti</i>                            |                  |
| <i>Fol. Persicorum</i>                     |                  |
| <i>Scob. Lig. Ceryli</i>                   | ana Drach. iiij. |

Omnia incisa & contusa infundantur in Hydromelli  
Lib. iiij. Digerantur in Infusione per octo dies; postea adde

|                            |              |
|----------------------------|--------------|
| <i>Aq. Absinthij Pont.</i> |              |
| <i>Abrotani</i>            | ana Lib. js. |
| <i>Card. bened.</i>        |              |
| <i>Graminis</i>            |              |
| <i>Scordij</i>             | ana Lib. j.  |

Misc. & in B. M. per alembicum destillentur.

### AQUA THERIACALIS.

|                                    |              |
|------------------------------------|--------------|
| <i>Rx. Theriaca Venet.</i>         | Unc. viij.   |
| <i>Terra sigillata</i>             | Unc. ij.     |
| <i>Rad. Angelica hort.</i>         |              |
| <i>Tormentilla</i>                 |              |
| <i>Enule camp.</i>                 | ana Unc. js. |
| <i>Cornu Cervi Spagyricè calc.</i> |              |
| <i>Alcis eodem modo calc.</i>      |              |

*Lig. Sassafras**Bac. Juniperi**Cort. Citri*

ana Unc. j.

*Boleti Gervini**Myrrha rub.*

ana Drach. vj.

*Antimonij diaphoret.**Croci orientalis*

ana Drach. iij.

Pulverifata & mixta infundantur in vini Malvatici Lib. viij. & macerentur per octiduum vel 14. dies; postea, igne lentissimo in B. M. destillentur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Quoniam hæc aqua suâ tenuitate in omnia membra se quam celeberrimè insinuans, facilè à calore nativo, in actum deducitur, utimur illâ felicissimè in omnibus morbis, ubi sudor eliciendus est. In Febribus, Ictero, Putredine, Vermibus, Lue Venereâ, Puncturis Laterum, Tremore Cordis, Peste, rectificatione sanguinis &c. Non enim tantâ alteratione, ut ipsa Theriaca seu Mithridatium, in Ventriculo eget. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. &c.

AQUA DE CORNU CER-  
VINO.*R. Cornu Cervi Spagyricè calc.*

Unc. ij.

*Terra Sigillata**Bol. rub. orient.*

ana Unc. j.

*Rad. Tormentillæ**Dictam. alb.**Scorzonera**Zedoaria*

ana Unc. s.

*Lig. Sassafras**Santal citrin.**Cassia*

*Cassia lignea* ana Drach. iij.

*Sem. Acetosa*

*Angelica*

*Citriexc.* ana Drach. ij.

*Croci orient.*

*Macis*

*Flor. Calendula* ana Drach. js.

Concisa & contusa infundantur in succorum depuratorum:

*Card. benedict.*

*Acetosella* ana Lib. ij.

*Scabiosa*

*Veronica* ana Lib. j.

*Cort. Nucum virid.*

*Scordij* ana Lib. s.

Macerentur per 24. horas; postea lento igne ex B. M. in organis vitreis ad secundum cohobium destillentur.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**H**Æc aqua summam contra pestem & omnia alia venenata, vim habet, & efficax est ad sudorem eliciendum, præsertim in gravidis & pueris, quibus aquæ Theriacales non conveniunt. Ex hac Unc. j. vel Unc. ij. aut plures pro ægri viribus & naturâ dantur per se, vel cum alijs medicamentis sudorem elicientibus, loco vehiculi appropriati & specifici miscetur & exhibetur.

### AQUA ALOETICA SOLUTIVA.

*Rx. Aloes Epatic.* Unc. xvj.

*Suc. Fol. Senæ virid. exp.*

*Elaterij veri* ana Unc. iiij.

*Myrrha rub.* Unc. j.

Omni

Omnia invicem bene mixta, per B. M. in organis vitreis igne lentissimo destillantur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Ventriculum hâc aquâ, quoties usus postulat, inunge, & linteolum sive spongiam calidam superpone, & miram videbis operationem: Est enim Medicina valde illustris, & solis Regibus & principibus digna.

### AQUA COSMETICA.

Rx. *Lact. Caprini* Lib. iiii.

*Aq. Rad. Aronis*

*Flor. Fabarum*

*Rosarum alb.*

*Lilior. albor.*

*Sigill. Salomon.*

ana Lib. j.

*Mellis virginici alb.*

Unc. iiii.

*Sachari cand. alb.*

*Thuris albi*

ana Unc. ij.

*Hermodaët. alb.*

*Ireos florent.*

*Borrac. Venet.*

ana Unc. j.

*Sal. Tartari alb.*

*Eboris usi*

*Camphoræ*

ana Unc. s.

*Flor. Narcissi alb.*

*Malvæ min. alb.*

*Nenuphar. alb.*

ana Drach. ij.

Misc. & B. M. inferendo, pro ditionibus, rostro alemici Gallie Moschat. Scr. j. bombace involuta, destillantur.

*Vires, Usus, Dosis.*

T t

Externè

EXTERNè saltem adhibetur ad faciem clarificandam & dealbandam. Item omnes faciei maculas & lentigines tollit & singulariter in Ictericis seditatem cutis emendat: Lavetur autem facies seu cutis aliquoties in die. Vel R. Aquæ hujus Cosmeticæ Unc. vj. Mercurij Cosmetici Drach. ij. Misc. ut fiat instar lactis, quo facies sæpè illinatur.

## SECTIO XX.

D E

### LIQUORIBUS MIXTIS. NECTAR VITRIOLI.

|    |                          |          |
|----|--------------------------|----------|
| R. | <i>Sacharicandi alb.</i> | Unc. x.  |
|    | <i>Sp. Vitriolirect.</i> | Unc. ij. |

Misc. & in vase vitreo obturato, adversus incidentium muscarum & sordium injurias per aliquot menses reponetur, usque dum materia nigra, picis instar, appareat; postea.

|    |                                |            |
|----|--------------------------------|------------|
| R. | <i>Pultis hujus nigri</i>      | Unc. iiij. |
|    | <i>Aq. Rosar. fragrantiss.</i> | Lib. js.   |
|    | <i>Menta crisp.</i>            | Lib. s.    |
|    | <i>Cinamomi bugloss.</i>       | Unc. vj.   |
|    | <i>Syr. Acetosit. Citri.</i>   | Unc. iiij. |
|    | <i>Man. Christi simpl.</i>     | Unc. ij.   |

Misce & ad usum reponc.

*Vires Usus, Dosis.*

AD Ventriculi intemperiem tam frigidam quam calidam valde commendatur: Ejus enim vires languidas & resolutas recreat. Appetitum excitat. A putredine vindicat. Febribus malignis confert & sitim vehementer sedat. Dosis per se ab Unc. ij. ad Unc. iiij.

LIQUORI

## LIQUOR VITRIOLATUS.

R. Syr. *Violarum vel Rosar.* Lib. s.  
*Suc. Citri vel Limonum* Unc. iiij.

Diligenter misce, & mixtis adde:

*Aq. Endivia* Unc. x.  
*Acetosa*  
*Rosarum* ana Unc. viij.  
*Nymphaea*  
*Scabiosa* ana Unc. vj.  
*Cinamomi buglossat.* Unc. ij.  
*Sp Vitrioli q. s. ad gratam acetositatem*

Denuò misce pro Usu,

*Vires, Usus, Dosis.*

IN Peste, morbo Ungarico, Febribus ardentibus, ceterisque inflammationibus omnibus, sitim egregiè sistit. Cor-  
 pus aridum jucundè humectat, & suaviter refrigerat. Dosis  
 b Unc j ad Unc. ij & Unc. iiij.

## LIQUOR OPHTHALMICUS

subalbidus.

R. *Aq. Ophthalmic. de cancris* Unc. s.  
*Euphrasia*  
*Feniculi* ana Drach. ij.  
*Troch. & pul. ophthalmic. nost.*  
 ana Scr. j.

Misc. & f. l. a. Collyrium subalbidum.

*Vires, Usus, Dosis.*

MIRÆ virtutis est contra Amblyopiam, Amaurosim & sus-  
 fusionem oculorum. Guttatim potest in oculum instil-  
 lari citra ullum doloris sensum. Cujusvis enim acrimoniæ

expers est. Ex ea etiam oculi singulis matutinis, idque ad plusculos dies irrigari debent

### LIQUOR NITRATUS.

|                                                  |           |
|--------------------------------------------------|-----------|
| <i>Rx. Aq. è Suc. Gard. benedict. destillat.</i> | Unc. xjx. |
| <i>Rob. Ribium</i>                               | Unc. iij. |
| <i>Man. Christi simpl.</i>                       | Unc. ij.  |
| <i>Nitri præp.</i>                               | Unc. j.   |

Misce accuratè, & ad usum repone.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**E**st in signe diaphoreticum, diureticum, bezoarticum, refrigerans &c. in omni æstuante morbo & malignitate quacunque. Dosis per se ab Unc. j. ad Unc. ij. & Unc. iij.

### LIQUOR CEPHALICUS.

|                                  |               |
|----------------------------------|---------------|
| <i>Rx. Aq. Apoplectic. nost.</i> | Unc. iij.     |
| <i>Epilepticæ</i>                |               |
| <i>Lilior. convall.</i>          | ana Unc. iij. |
| <i>Majorana</i>                  |               |
| <i>Betonica</i>                  |               |
| <i>Salvia</i>                    | ana Unc. js.  |
| <i>Rot. Diambra</i>              | Unc. j.       |
| <i>Conf. Smaragdin.</i>          | Unc. s.       |
| <i>Sal. Succini alb.</i>         | Scr. j.       |

Fideliter misce & ad usum repone.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**A**d passiones Capitis valde utilis est; Cephalalgicis, Hemiplegicis, Epilepticis, Apoplecticis, Insanis, Vertiginosis &c. præsentis auxilio est: Cerebrum enim confortat Sensum subtilizat Intellectum acuit, & memoriam amissam recuperat. Dosis à cochl. j. ad ij.

LIQUOR

DE LIQUORIBUS MIXTIS.  
LIQUOR PECTORALIS.

336

Rx. Aq. Cinamomi buglossat.

Caponis ana Unc. iiij.

Pulmon. vituli

Hedera. ter.

Veronica

Farfara ana Unc. iij.

Lact. Sulphuris Drach. iij.

Flor. Sulphuris Drach. js.

Mag. Corallorum rub. Drach. j.

Perlar orient. Drach. s.

Misce & cum Man. Christi simpl. Unc. iij. eduleora, & ad usum reserva.

Vires, Usus, Dosis.

**M**irabiliter Asthmaticos, Peripneumonicos, Phthificos & Hecticos juvat. Cor confortat. Periculose seu graviter tussientes non sine admiratione liberat & pristinae sanitati restituit Dosis mane, meridiæ & vesperæ cochl. j. ad ij. Et priusquam ad usum medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

LIQUOR CORDIALIS.

Rx. Aq. Cordial. f. ig. & calida nost.

ana Unc. iiij.

Cinamomi buglossat.

Ex corde Cervi ana Unc. j.

Conf. Alkermes Drach. ij.

Sal. Perlarum orient.

Corallor. rub. ana Scr. j.

Mixta eduleorentur cum Man. Christi simpl. Unc. js. & ad usum reserva.

T t 3

Vires,

*Virēs, Usus, Dosis.*

**C**ardiacis & præterrationem tribulatis prodest. Palpitationem, tremorem & syncopen curat. Spiritum clarificat. Animum exhilarat. Debiles & languentes recreat. Cor in genere confortat, illudque à peste, & alijs malis quam plurimis præservat. Dosis à cochl. j. ad ij.

**LIQUOR ACIDUS PER LARUM  
ORIENTALIUM.**

*Rx. Aceti à solutione Margaritar. orient. in B. M. iterum abstracti.* Unc. ij.

*Sp. Vitriolicum Sp. Vini debite rectif.* Unc. j.

Misce & accipies liquorem subalbidum, miræ operationis, quem thesauri instar ad usum repone.

*Virēs, Usus, Dosis.*

**C**aput, Cerebrum, Stomachum, Cor, Epar, & cetera membra principalia corroborat. Ab Apoplexiâ, Epilepsiâ, Vertigine, Leprâ, Lue Venerâ. præservat. Ægris convalescentibus appetitum excitat. Oculorum nebulas detegit. Putredini & Venenis resistit; nec non in Febris malignis & morbis æstuantibus extremum refugium. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. & Drach. s. in vehiculis appropriatis.

**LIQUOR ACIDUS CORALLO-  
RUM RUBEORUM.**

Eodem quoque modo fons acidus Corallorum præparatur, ad Capitis affectus, Epilepsiam, Melancholiam, Dysenteriam, Uteri Hæmorrhagiam; nec non ad sanguinem & Stomachum rectificandum, morbosque internos quam plurimos radicitus evellendum, & Spiritus animi recreandū  
medica

medicamentum admodum illustre. Dosis à Scr. s. ad Scr. j.  
& Drach. s. in vehiculis specificis.

## LIQUOR NEPHRITICUS.

- ℞. *Aq. è Citreis malis per se in B. M. destillat.*  
*Nephritica nost.* ana Lib. js.  
*Syr. è Suc. Violarum* Lib. j.  
*Sachari candi alb.* Unc. j.  
*Sol. Lap. Percarum pisc.*  
*Ocul. Cancr.* ana Drach. ij.  
*Nitricum flor. Sulp. præp.*  
*Sal. Succini alb.* ana Drach. j.

Misce & ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A**D frangendum & expellendum Renum & Vesicæ calculum, urinam ciendum, doloremque inde natum sistendum, efficacissimus est. Dosis manè jejuno ventriculo, vel ongé à cibo à cochl. j. ad ij. & cochl. iij. per se absque vehiculo.

## LIQUOR DIAPHORETICUS.

- ℞. *Aq. Theriacal. nost.* Unc. vj.  
*Sp. Tartari aliquoties rect.* Unc. iij.  
*Ferræ sigillat. per se destillat. & rectif.*  
*Lig. Guajaci rectif.* ana Unc. j.  
*Liq. Acidi Perlarum orient.*  
*Acidi Corallor. rub.* ana Unc. s.

Misc. & in vitro clauso per tres aut quatuor septimanas probè digerantur; postea liquor filtratus ad usum servetur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Omne

**O**Mne venenum à Corde per sudorem expellit Valet in Syncope, Ecstasi, Epilepsiâ, Melancholiâ, Anginâ, Paralyfi, Hydrope, Ictericâ, Pleuritide. Lue Venerea, Peste, morbis Epidemicis, Asthmate, Febribus malignis & putridis, Mensibus retentis, Contracturis, Scorbuto, Scabie &c. In tollendis enim omnibus obstructionibus & putrefactionibus, præ alijs medicamentis hoc solum excellit. In Paralyfi quotidie exhibitus, miraculose juvat. Penetrat omnes nervos, musculos, & totam medullam, & quicquid noxium reperit, corrigit atque expellit. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. & Drach. ij. in aq. Cornu Cervini nost. vel Card. benedict. aut aliâ morbum propriè respiciente.

### LIQUR REFRIGERANS.

Rx. Aq. è Suc Cichorei destil. Unc. viij.

Rubi Idei

Card. bened.

Rosarum

Endivia

Acetosa

ana Unc. iiij.

Rob. Ribium & Berber. sine sacharoparat.

Syr. Acetos. Citri

ana Unc. iiij.

Nitri præp.

Scr xj.

Misc.

*Vires, Usus, Dosis.*

**I**N morbis æstuantibus, Febribusque acutis &c. insignite refrigerat atque confortat. Dosis ab Unc. ij. ad Unc. iiij. prout à vice.

### LIQUOR VULNERARIUS.

Rx. Rad. Galangæ min.

Zedoaria

Oculor

Oculor. Cancrī

Macis

ana Unc. s.

Mumia transm.

Drach. ij.

Nuc. Vomic.

Gran. xv.

Crassiusculè contrusa infund. in Vini generosi Lib. j.  
stent in loco tepido,

*Vires, Usus, Dosis.*

DE hâc mixturâ Dosis manè & vesperi. Cochl. j. adeò efficaciter operatur, ut si quid infixum in profundo corporis hæreat, illud propellat; sed in vulneribus capitis nuxvomica omittatur.

## LIQUOR CAMPHORATUS.

Rx. Spir. Vini Camphorat. Unc. ij.

Aq. Omnium florum

Spermat. Ranar. ana Unc. js.

Sulphuris anodynī Vitrioli Drach. j.

Styrac. liquid.

Opj Thebaici

Spir. Vitrioli

ana Drach. s.

Misce & ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

Cum petijs loco affecto applicetur: Arthriticos enim dolores à causâ calidâ ortos, egregiè sopit. Interim bis in die ægro Nitri præp. Scr. ij. in aq. florum Sambuci offerantur.

## LIQUOR TARTAREUS.

Rx. Vini Rhemani opt. & fervent.

Lib. j.

Mixtis & s. a. dissolutis adde:

Aq. Hordei cum passulis min. &amp;

Cinamomi coct.

Vu

Syr.

Misce pro usu.

*Vires , Usus , Dosis.*

**E**St universale digestivum, quod in morbis quam plurimis, medicamentis catharticis præmittendum. Offeratur autem calidè, nisi intensa Febris aut Stomachi intemperies calida adsit. In Febris detur in aurorâ, si verò paroxysmus manè invadit, vesperi propinetur. In morbis diuturnis per quinque dies continuetur, & bis per diem, manè scilicet & à prandio : Sed in morbis Capitis circa introitum lecti exhibeatur. Alvus semper sit libera; si enim alvo constipatâ offertur, dolor inde accidere solet : Quia materia mota & absterfa, cum non possit excerni, in flatu, qui dolores excitant, convertitur. Dosis per aliquot dies, ubi opus est, bonus haustus pro unâ vice.

## LIQUOR ARTHRITICUS.

|    |                                  |              |
|----|----------------------------------|--------------|
| ℞. | <i>Mellis virginiei cum favo</i> | Lib. ij.     |
|    | <i>Vitrioli ad flaved. calc.</i> | Lib. j.      |
|    | <i>Silicum fluv. calc.</i>       | Lib. s.      |
|    | <i>Rorismarini</i>               |              |
|    | <i>Verbenæ</i>                   | ana Unc. vj. |
|    | <i>Hermodact. alb.</i>           | Unc. iij.    |
|    | <i>Gum. Ammoniac.</i>            |              |
|    | <i>Mastichis</i>                 |              |
|    | <i>Olibani</i>                   |              |
|    | <i>Myrrha rub.</i>               |              |
|    | <i>Bdellij</i>                   |              |
|    | <i>Opopanax.</i>                 | ana Unc. ij. |
|    | <i>Sulphuris citrin.</i>         |              |
|    | <i>Salis marin.</i>              |              |
|    | <i>Tartari alb.</i>              | ana Unc. js. |

*Suc. Hysscyami inspiss.**Mumie transmarin.**Opij Thebaici*

ana Unc. j.

Mixtis affunde Sp. Vini è fecibus vini rub. vel è confecti-  
one Laudani opiat. residui Lib. v. vel q. s & digerantur  
per aliquot dies: postea per alembicum vitreum bene luta-  
um, addito satis magno capitellò, & cum Recipiente ca-  
paci secundum gradus, quamdiu vides guttas seu Spiri-  
us exire, destillentur; deinde frigescat. Caput mortuum seu  
feces pulverizentur, illisque destillatum liquorem denuò  
effunde, & secundâ vice destilla. Hic labor tertiâ vel quar-  
tâ vice repetendus, & sic liquor Arthriticus verè paratus  
est.

*Vires & Usus.*

In omnibus diuturnus, & inveteratis doloribus, & deflu-  
xionibus membrorum & juncturarû, secretum est: Inun-  
gatur autem locus affectus aliquoties in die repidè, certis ta-  
men intervallis, donec cruciatus & dolores omnes cessent.

LIQUOR ANTIPODAGRICUS  
TRINUNUS.

I.

|     |                            |          |
|-----|----------------------------|----------|
| Rz. | <i>Sp. Vini opt. rect.</i> | Lib. ij. |
|     | <i>Aq. Spermat. Ranar.</i> | Lib. js. |
|     | <i>Mellis virginiei</i>    | Lib. j.  |

Misc. & B. M. destill. & liquorem evocatum seorsum  
custodi, capiti mortuo & pulverisato adde:

|                                                  |            |
|--------------------------------------------------|------------|
| <i>Lixiv. Samentor. vitis</i>                    | Lib. ij.   |
| <i>Tartari alb.</i>                              | Lib. s.    |
| <i>Phleg. Vitrioli à Spiritu nondum separati</i> | Unc. iiij. |
| <i>Castorei veri</i>                             | Drach. vj. |

|                          |            |
|--------------------------|------------|
| <i>Crociorient.</i>      | Unc. s.    |
| <i>Terebinth. Venet.</i> | Drach. ij. |
| <i>Salis fusi</i>        | Drach. j.  |

Macerentur per 24. horas; postea distilla & liquorum destillatum consimiliter seorsim repone. Capiti mortuo de-  
nuò exempto exempto & pulverisato affundatur liquor  
primæ destillationis reservatus totus. Misce iterum, & post  
debitam digestionem tertiâ vice destilla; Ultimò liquores  
stillatitios mixtos adhuc semel in B. M. rectifica & serva,  
signeturque

*Aq. Spermatis Ranarum composita.*

2.

|    |                            |            |
|----|----------------------------|------------|
| R. | <i>Caryophyllorum</i>      | Drach. vj. |
|    | <i>Hermodaëtilor. alb.</i> |            |
|    | <i>Bac. Juniperi</i>       | ana Unc s. |
|    | <i>Nuc. Moscat.</i>        | Drach. ij. |
|    | <i>Herb. Verbenæ</i>       |            |
|    | <i>Fol. Sambuci</i>        | una M. ij. |
|    | <i>Flor. Lavendula</i>     |            |
|    | <i>Spicanard.</i>          |            |
|    | <i>Majorana</i>            |            |
|    | <i>Rorismarin</i>          |            |
|    | <i>Betonica</i>            | ana M. j.  |

Incidenda incidantur, terenda terantur, ac infundantur  
in Vini Rhenani opt. Lib. v. Stent in digestionem per 24. di-  
es ac noctes; postea per alembicum distillantur, signetur-  
que

*Aqua Arthritica.*

3.

|    |                      |             |
|----|----------------------|-------------|
| R. | <i>Aluminis</i>      | Lib. ij.    |
|    | <i>Vitrioli alb.</i> |             |
|    | <i>Virid. aris</i>   | ana Lib. s. |

*Tar.*

*Tartari alb.**Lithargyrij**Off sepiæ**Cerussa*

ana Unc. iiij.

Subtilissimè contusa misce, evapora, & evadit griseus  
apis, signetur

*Lapis admirabilis.*

4.

Nunc sequitur compositio.

R.

*Aq. Spermat. Ranar. comp.* Lib. iiij.*Arthriticæ*

Lib. j.

*Lap. Admirabil.*

Drach. iiij.

*Cryst. Nitri*

Drach. ij.

*Crociorient.*

Scr s.

Mixta stent in infusione per noctem; & sic demum liquor filtratus ad usum reponendus.

*Vires, Usus, Dosis.*

In hoc liquore (quo hodierni Chymiatři & Practici felicissimè utuntur) immerge lintea, & calidè loco affecto frequenter, vel ad minimum ter vel quater in die appone, continuando, donec intolerabiles cruciatus, ac immensissimi dolores cessent, & penitus evanescant: Singulare enim & incomparabile ad sistendum dolorem podagricum, & adventitij humoris impetum propulsandum, experimentum est. Liquor verò sic dictus, quod tribus constet compositionibus.

## LIQUOR VESTIMENTALIS.

R.

*Aq. Fontana*

Lib. ij.

*Cineris clavellat. ad quantitatem Nucis**Jugland. major.**Malorum Citreorum minutim incis.*

No. j.

Vu 3

Misc.

Misc. & stent in digestionē per 24. horas; postea filtra,  
& liquorem clarum ad usum reserva.

*Vires & Usus.*

**O**Mnes sordidas, oleosas & quasi piceas maculas, tam  
ex pileis quam vestibus, vel sericis, laneis, lineis, aut  
bombicinis in puncto eluit atque tollit. Remotis autem  
maculis, locus purus aqua dulci confestim & ex tempore ab-  
stergendus est.

LIQUOR MERCURII VIVI.

℞. *Mercurij vivi*

*Aq. fortis*

ana Unc. j.

Solvatur Mercurius in aq. forti, & solutis adde:

*Aq. Plantaginis*

Lib. ij.

*Lap. medicament. cum aq. Rosar. fact.*

Lib. j.

Misce & ad usum repone.

*Vires & Usus.*

**L**iquor hic Mercurialis subalbidus, in partibus corporis  
exterioribus, omnes defluxiones, omniaque ulcera &  
vulnera antiqua, præsertim vetera aphrodisia & sordida  
desiccant & cicatrice tegit. Morphæam, faciei furfures, pustu-  
las & maculas curat ac abigit. Insuper ad exsiccanda Erysi-  
pelata, & sanandas fistulas, remedium est singulare. In ap-  
plicatione autem cave, ne oculos vel dentes attingas.

LIQUOR CERUSSÆ.

℞. *Cerussa vera*

Unc. j.

*Nihil sicci*

Unc. s.

*Lap. Calaminaris*

*Lithargyrii*

ana Drach. ij.

*Tutia preparat.*

*Spodij*

ana Drach. j.

Subti.

Subtiliffimè pulverifatis & mixtis affunde:

*Aq. Semper vivi domest.*

*Plantaginis major.*

*Rosarum rub.* ana Unc. iij.

Denuò misce & ad usum reponere.

*Vires & Usus.*

¶ Xternè membra tumore, rubore, & inflammatione aliquâ infestata, refrigerat & deficcatur. Dolores sedat. Oculorum lippitudines curat. Citrinas faciei totiusq; cutis maculas abstergit, formamque hominis vividam & nitentem addit. Usus ejus in crebrâ per singulos dies adhibitione consistit.

### LIQUOR TUTIÆ.

℞. *Tutia preparata*

*Lithargyrj*

*Cerussa*

*Camphora*

*Aluminis crud.*

ana Unc. s.

Drach. j.

Drach. s.

Omnibus diligenter mixtis adde:

*Aq. Plantaginis*

*Rosarum*

ana Unc. iiij.

Iterum misce & ad usum communem reponere.

*Vires & Usus,*

¶ Artes corporis exteriores consimiliter refrigerat & exsiccat; propterea omnibus inflammationibus, tumoribus, ruboribus, & doloribus resistit.

### LIQUOR MERCURII SACHA-

RATUS.

℞. *Aq. Plantaginis*

*Rosarum*

*Cerussa*

ana Unc. iiij.

Unc. j.

*Mercu-*

*Mercurij sublimat.**Sacharicand. alb.**Sp. Vini opt.*

ana Unc. s.

Misce & adde: Aq. fortis Scr. j. & signetur *Sticten*  
*Wasser.*

*Vires & Usus.*

**I**mpetiginem & Lichenes omnes, etiam contumacissimas  
 curat. Antè usum autem, semper moveatur, & cum peni-  
 cillo liquorem intincto, tangatur locus affectus.

LIQUOR MERCURII ACETO-  
 s u s.

℞. *Vitrioli alb.**Camphora*

ana Unc. s.

*Mercurij sublimat.**Cerussa**Tartari alb.**Aluminis ust.*

ana Drach. ij.


*Nihili alb.*

Drach. s.

Misc. & f. pulvis. ℞. hujus pulveris Unc. s. Aceti Vin  
 opt. Unc. iiij. Denuò misce, & ad usum repone.

*Vires & Usus.*

**U**timur eodem modo, præcedentibus tamen corpori  
 mundificationibus, ad omnes impetigines & Lichene  
 perfectè sanandas.



# SECTIO XXI.

D E

## EMULSIONIBUS.

### EMULSIO ROSATA.

|     |                                 |                |
|-----|---------------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Sem. Amygdalar. dulc.</i>    | Unc. j.        |
|     | <i>Papaveris alb.</i>           | Drach. ij.     |
|     | <i>Quat. frig. major.</i>       | ana Drach. j.  |
|     | <i>Aq. Rosarum fragrantiss.</i> | Unc. viij.     |
|     | <i>Fragorum</i>                 |                |
|     | <i>Verbena</i>                  | ana Unc. iiij. |

Fiat Emulsio, quæ edulcoretur Julep. Rosarum s. q ad  
ratiam.

*Vires, Usus, Dosis.*

U Tor in Capitis intemperie calidâ, incendiò Ventriculi,  
Thoracis, Pectoris, cordis, totiusque ventris inferioris  
elicissimè. Dosis ab Unc. js ad Unc. ij. & Unc. iiij.

### EMULSIO VIOLATA.

|     |                         |                |
|-----|-------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Amygdalar. dulc.</i> | Unc. j.        |
|     | <i>Sem. Violarum</i>    | Drach. ij.     |
|     | <i>Papav. albi</i>      | Drach. j.      |
|     | <i>Aq. Violarum</i>     | Unc. viij.     |
|     | <i>Lactuca</i>          |                |
|     | <i>Nymphaea</i>         | ana Unc. iiij. |

Fiat Emulsio, quæ edulcoretur Julep Violarum s. q ad  
ratiam.

*Vires, Usus, Dosis.*

V Alet ad intemperiem totius corporis calidam & siccam.  
Refrigerando & humectando, sitim exstinguit. Somnū

conciliat. Pectoris vitij succurrit, bilisque acrimoniam retundit. Dosis haustus mediocris.

### EMULSIO SOMNIFERA.

|     |                         |              |
|-----|-------------------------|--------------|
| Rx. | <i>Amygdalar. dulc.</i> | Drach. ij.   |
|     | <i>Sem. Papav. alb.</i> | Drach. j.    |
|     | <i>Melonum</i>          | Drach. s.    |
|     | <i>Lactuca</i>          | Scr. s.      |
|     | <i>Aq. Violarum</i>     |              |
|     | <i>Nymphææ</i>          | ana Unc. js. |
|     | <i>Hypnotic. nost.</i>  | Drach. j.    |

Fiat Emulsio, quæ edulcoretur Sach. candi alb. f q. & adde:

*Mag. Perlarum or.*

*Corallor. rub.* ana Gran. iij.

Misce pro unâ dosi: bibe vesperi eundo cubitum & dormies bene.

### EMULSIO PLEURITICA.

|     |                            |                |
|-----|----------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Sem. Cardui. Maria</i>  | Unc. j.        |
|     | <i>Card. benedict.</i>     | Unc. s.        |
|     | <i>Papav. alb.</i>         | Drach. ij.     |
|     | <i>Aq. Card. Maria</i>     | Unc. vj.       |
|     | <i>Card. Benedict.</i>     |                |
|     | <i>Flor. Papav. errat.</i> |                |
|     | <i>Chamamel.</i>           |                |
|     | <i>Scabiosa</i>            | ana Unc. iiij. |

Fiat L a Emulsio, quæ postea edulcoretur Sachare cand. in Syrup. Violarum concreto.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**urat pleuritidem, & illicò omnes latentes dolores, non sine adstantium stupore, sedat: sed æger omni die habeat evacuationes, vel alvus assidue sit subducta clysteribus lenioribus. Dosis ab Unc. ij. ad Unc. iij. & Unc. iiij.

EMUL.

## EMULSIO LAXATIVA.

Rx. *Amygdalar. dulc.* Unc. ij.  
*Sem. 4. frig. major.* ana Drach. j.  
*Aq. Flor. Cichorei*  
*Persicor.*  
*Acatia*  
*Violarum* ana Unc. iiij.

F. Emulsio ut est artis, in quâ dissolve:

*Manna calabrin.* Unc. ij.

Colentur & colaturæ adde:

*Aq. Cinumomi buglossat.* Unc. s.

Misc. pro usu.

*Vires, Usus, Dosis.*

N infantibus, in quibus alvus aliâs tardior, experimentum est. Insuper ad Febres acutas, ardentes, Tertianas cōtinuas, Iecticas, Marasmodos, Lipyras, Caufum & Synochum alidè commendatur. Dosis haustus mediocris.

## EMULSIO STIPTICA.

Rx. *Amygdalar. dulc.* Unc. ij.  
*Sem. Papav. alb.* Unc. s.  
*4. frig. major.* ana Drach. j.  
*Lactuca.* Drach. s.

*Aq. è suc. Cydoneor. dist.*

*Millefolij* ana Unc. iiij.

*Plantaginis*

*Tormentilla*

*Papav. errat.* ana Unc. iiij.

*Fol. Quercin.*

*Cinamomi bugloss.* ana Unc. js.

Fiat Emulsio, ut est artis, cui adde:

*Julep. Rosarum* Unc. iiij.

*Mag. Corallor. rub.* Drach. j.  
 Misc.

*Vires, Usus, Dosis.*

**R**efrigerat & adstringit; propterea ventris profluvium & dysenteriam, quæ ex materiæ acris & biliosæ effluxu excitatur, sanat: Tussi inde ortæ succurrit, insomniamque levat. Dosis bonus haustus pro unâ vice.

### EMULSIO CANABINÆ.

*Rx. Sem. Canabis.* Unc. js.

*4. frig. major.* ana Drach. j.

Etcum aq. Flor. Nymphæ & rosar. ana s. q. fit Emulsio, &

*Rx. Hujus Emulsionis.* Unc. xiiij.

*Syrup. è suc. Violar.* Unc. ij.

*Aq. Cinamomi buglossat.* Unc. j.

Misce pro usu.

*Vires Usus, Dosis.*

**I**n feminis profluvio seu gonorrhæa & alijs ejusmodi virijs, pollutione &c. commodè administratur; nec non ad febres ardentes, bilis & sanguinis fervorem confert. Dosis ab Unc. ij. ad Unc. iij,

## SECTIO XXII.

DE

CLARETIS SEU VINIS

MEDICATIS.

CLARETUM ANTEPILEPTICUM

LAXATIVUM.

*Rx. Fol. Senæ elect.* Unc. ij.

*Turbith alb. & gum.*

Mecha-

*Mechaocanna* ana Unc. s.

*Ras. Cornu Alcis*

*Cranei humani*

*Nuc. Moschata* ana Drach. ij.

*Rad. & Sem. Paeoniae debita collect.*

*Visci quercin.* ana Drach. js.

*Cardamomi min.*

*Cassia lignea*

*Caryophyllorum* ana Drach. j.

*Flor. Paeoniae maris*

*Lilior. Convall.*

*Lavendula*

*Tilia*

ana Drach. s.

Macerentur Vini Rhenani Unc. xxvj. Stent in infusione in loco calido per biduum; postea coquantur parum & additis Sacchari albis Unc. iij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f claretum.

### *Vires, Usus, Dosis.*

☐ Ephalicos & Comitiales omnes feliciter & sine molestia purgat, & divinum Epilepsiae remedium est, quod morbi causam & fomitem efficaciter tollit. Interim verò Epileptici omnes, Claretum hoc utentes, sibi caveant ab omni errore, irâ, aquâ, igne, vino, ejaculatione tormentorum; immò omnes animi motus vehementes evitent; nec non brietatem tanquam Pestem fugiant. Dosis ab Unc. iij. ad Inc. iiij. tempore matutino.

## CLARETUM ANTAPOPLECTICUM

... LAXATIVUM.

*Rx. Fol. Sena elect.* Unc. ij.

*Turbit alb. & gum.* Unc. j.

*Bac. Juniperi*

*Rad. Zedoaria* ana Unc. s.

*Agarici alb. & levis*  
*Hellebori nigri præp.* ana Drach. ij.  
*Galangæ min.*  
*Cubebarum*  
*Zingib. alb.*  
*Cinamomi* ana Drach. j.  
*Flor. Lavendulæ*  
*Primulæ veris*  
*Calendula*  
*Lil. Convall.* ana Drach. s.

Infundantur in Vini Rhenani Unc. xxxvj. macerentur in B. M. per biduum; postea coq. parum & additis Sacchari alb. Unc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**I**N Apoplexiâ qualicunq; Paralyfi, Sopore, Stupore, Caro, Veterno, Comate, Noctambolonibus, memoriâ amissâ, cæterisq; cerebri vitijs, Claretum hoc mirabile est, Dosis ab Unc. ij. ad Unc. iiij. vel Unc. v. manè in aurorâ.

### CLARETUM PASSULATUM LAXATIVUM.

R. *Passular. min. Vini clotar.* Unc. ij.  
*Fol. Senæ elect.*  
*Mechacannæ* ana Unc. j.  
*Rad. Glycyrrhiz. rasæ*  
*Cinamomi acut.*  
*Sem. Anisi contus.* ana Unc. s.  
*Herb. Pulmonariæ maculos.*  
*Phyllitidis* ana Drach. ij.  
*Tussilaginis*  
*Marrubij* ana Drach. js.

*Flor.*

Flor. Epatica alb.

Hyssopi

Salvia

ana Drach. j.

Croci orientalis

Macis

ana Drach. s.

Ficuum ping.

Tujuben

Sebesten

Dactylor.

ana No. viij.

Macerentur in Hydromellis opt. & antiqui Aq. Hor-  
lei ana Lib. iij. per 24. horas; postea coq. parum, & addi-  
tis Sachari candi alb. Unc. iij. clarificentur per manicam  
Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Usus, Dosis.*

IN Orthopnœa, Asthmate, Peripneumoniâ, Tussi invete-  
ratâ, dolore utriusque lateris, cæterisque omnibus diutur-  
is Pectoris angustijs, Hepatis & Lienis affectibus, appro-  
priatum & laudatissimum est laxativum. Dosis ab Unc. iij.  
ad Unc. vj.

## CLARETUM ABSINTHIACUM

LAXATIVUM.

℞. Fol. Sena elect.

Unc. js.

Turbitb. alb. &amp; gum.

Mechaocanna

ana Drach. vj.

Absinthij Pont.

Bac. Juniperi

ana Unc. s.

Rad. Ireos nostrat.

Esulemin. præp.

ana Drach. iij.

Sem. Feniculi

Carui

ana Drach. ij.

Calami aromatic.

Zingiberis alb.

Cina

*Cinamomi acut.**Caryophyllorum**Zedoaria*

ana Drach j.

*Flor. Epatica alb.**Sambuci**Genista*

ana Drach. s.

*Croci oriental.**Epithymi*

ana Scr. j.

Incisa & contusa infundantur in Vini Rhenani Unc. xxxvj. Macerentur in B. M. & post debitam digestionem, ebulliant parum & additis Sachari alb. Unc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis & f. claretum.

*Vires, Usus, Dosis.*

IN Cachexiâ, Hydrope, Hepatis & Lienis obstructionibus, Febribus, Colicâ Scorbuto, Scabie &c. selectissimum & specificum est laxativum, pederentim omnes peccantes humores præparans atque evacuens. Dosis Unc. iiij.

## CLARETUM RHABARBARATUM.

℞. *Fol. Senæ elect.*

Unc. ij.

*Rhabarb. opt.*

Unc. j.

*Rad. Scorzonera*

Unc. s.

*Herb. Phyllitidis**Hepatica*

ana Drach. iiij.

*Sem. Petroselini**Apij*

ana Drach. ij.

*Galanga min.**Cassia lignea**Zingib. alb.**Caryophyllor.*

ana Drach. j.

*Flor. Centaur. min.**Epatica alb.*

Rosar. rub.

Cichorei

ana Drach. s.

Croci oriental.

Epithymi

ana Scr. j.

Macerentur in B. M. in Vini Rhenani Unc. xxxvj. per  
biduum; postea ebulliant parum & additis Sacchari alb. Unc.  
iij. clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A** Ventriculo, Hepate & Splene, tam atram quam flavam  
bilem purgat, & sanguinem, omnes obstructions, libe-  
rando & effectus inde sanando, insigniter rectificat. Hinc in  
Hydrope. Ictero, Scorbuto, Lienis, tumore & Hypochon-  
driorum dolore, Febris quam plurimis &c. appropria-  
tum & conveniens est laxativum. Dosis Unc. iij. addita  
Acidi Tartari Drach. j. mixtaque calide offerantur.

# CLARETUM ANTIPODAGRICUM LAXATIVUM.

*Rx. Hermodact. alb. & à cortic. superior. mundat.*

Fol. Senæ elect.

ana Unc. j.

Turbith alb. & gum.

Mechaocanna

ana Unc. s.

Herb. Chamadryos

Verbena

ana Drach. ij.

Sem. Feniculi

Anisi

ana Drach. js.

Cardamomi min.

Cinamomi acut.

Macis

Croci oriental.

ana Drach. j.

Flor. Ireos nost.

Verbasci

Violarum

*Anthos* ana Drach. s.

Macerentur in vini alb. tenuis Unc. xxxvj in loco calido per biduum ; postea coq. parum & additis Sachari alb. Unc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**P**luitam crassam, præsertim à juncturis & membris remotioribus trahit. Ob id Podagræ & alijs Arthritidis differentijs, articulorumque doloribus mirè confert. Dosis Unc. iiij. additâ Cryst. Tartari Drach. j. Misc. & f. haustus calidè exhibendus, tempore matutino ; qui si ad horam decimam forsan nihil præstiterit, præsertim in robustioribus, à prandio iterum bonus haustus sumatur, & sic iteretur per aliquot dies, donec fuerit absumptum.

**CLARETUM STOMACHICUM  
CONFORTANS.**

|                                  |                |
|----------------------------------|----------------|
| <i>Rx.</i> <i>Cinamomi acut.</i> | Unc. j.        |
| <i>Mentæ crisp.</i>              | Unc. s.        |
| <i>Mastichis elect.</i>          |                |
| <i>Galangæ min.</i>              |                |
| <i>Caryophyllor.</i>             | ana Drach. ij. |
| <i>Calami aromat.</i>            |                |
| <i>Cardamom. mir.</i>            |                |
| <i>Zingib. albi</i>              | ana Drach. j.  |
| <i>Lig. Aloes ponderos.</i>      |                |
| <i>Rad. Pimpinella</i>           |                |
| <i>Zedoaria</i>                  | ana Drach. s.  |

Macerentur in Vini Malvatici Unc. xxxij. per aliquot dies ; postea clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum.

*Vires*

*Vires, Usus, Dosis.*

CONtra frigida Stomachi vitia ferè omnia, nec non Tremorem, Syncopen & Vomitum Cordis, medicamentum est specificum: De quo patiens, manè & vesperi, vel tempore necessitatis, pro unâ dosi capiat à cochl. j ad duo vel tria, cum guttulâ unâ atque alterâ Sp. Vitrioli, invicem bene mixta.

## CLARETUM JUNIPERI-

N U M.

Rx. *Spir. Vini Juniperini* Lib. iij.

*Aq. Rad. Enula camp.*

*Tussi laginis*

*Loch. Sani.*

ana Lib. j.

*Cinamomi acut.*

Unc. ij.

*Caryophyllor. integ.*

Unc. s.

Infunde per aliquot dies; postea per manicam Hippocratis destilla & Sachari candi alb. Unc. xvj. edulcora, & u-  
sui reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

IN Asthmate, Tussi, cæterisque Pectoris vitijs, nec non in Imbecillitate & inflatione Ventriculi; Item in Dysuriâ, Stranguriâ & Calculo, excellens est. Dosis à Cochl. j, ad ij. vel iij. aliquoties in septimanâ.

## CLARETUM ANISATUM.

Rx. *Sp. Vini Anisati* Lib. iij.

*Aq. Loch. Sani*

*Marrubij*

*Flor. Violar.*

ana Lib. j.

*Cassia lignea*

Unc. ij.

*Macis minutim concis.*

Unc. s.

Tj 2

Ma-

Macerentur per octiduum; postea additis Sachari candi alb. Unc. xij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**A** Nhelosis & Asthmaticis, alijsque Thoracis affectibus, à frigidis & crassis humoribus subortis, pulmonumque bronchijs inhaerentibus, & vel Tussim antiquam, vel ipsam dyspnæam patientibus, mirè confert. Dosis ut præcedentis, à cochl. j. ad ij. vel iij.

**CLARETUM CHALYBEATUM.**

*Rx.* Vini Malvatici opt. Lib. iij.  
Chalybis cum aceto Tamarindor. præp.  
Unc. j.

*Rad. Scorzonera*  
*Acidi Tartari* ana Unc. s.  
*Galanga min.*  
*Cassia lignea*  
*Caryophyllorum* ana Drach. j.

| <i>Rx. Rad. Pyrethri</i>       |                |
| <i>Acori</i>                   | ana Unc. j.    |
| <i>Hermadaſtilor. alb.</i>     |                |
| <i>Agarici opt.</i>            | ana Unc. s.    |
| <i>Herb. Rorismarin.</i>       |                |
| <i>Aſari</i>                   |                |
| <i>Paralytica</i>              |                |
| <i>Hyſſopi</i>                 |                |
| <i>Mentaſtr.</i>               | ana Drach. ij. |
| <i>Pulp. Colocynthid.</i>      | Drach. j.      |
| <i>Coq. &amp; Rx. Colatura</i> | Lib. j.        |
| <i>Ol. Rutacei</i>             | Unc. iij.      |
| <i>Hiera Pachij</i>            | Unc. j.        |
| <i>Salis communis</i>          | Unc. s.        |

Misc. pro Enemate.

# ALIUD ENEMA PARALTTICUM SPECIFICUM.

|                                |                 |
|--------------------------------|-----------------|
| <i>Rx. Bac. Juniperi</i>       |                 |
| <i>Rad. Ebuli</i>              | ana Unc. j.     |
| <i>Hermadaſt. alb.</i>         |                 |
| <i>Gran. Colocynthid.</i>      | ana Drach. iij. |
| <i>Herb. Iva arthetice.</i>    |                 |
| <i>Majorana</i>                |                 |
| <i>Stachados</i>               |                 |
| <i>Ruta</i>                    |                 |
| <i>Salvia</i>                  |                 |
| <i>Origani</i>                 | ana Drach. ij.  |
| <i>Coq. &amp; Rx. Colatura</i> | Lib. j.         |
| <i>Ol. Flor. Primula veris</i> | Unc. iij.       |
| <i>Diaphanic.</i>              | Unc. j.         |
| <i>Sal. Gemma</i>              | Drach. js.      |
| <i>Misc. &amp; f. Enema.</i>   |                 |

ENE-

## ENEMA CONTRA INFLATIONEM

ANTRICULI.

Rx. Cort. rad. Sambuci . . . . . Unc. j.

Herb. Calaminth. . . . .

Pulegij . . . . .

Ruta hort.

Chamomilla . . . . .

Fol. Lauri . . . . . ana Unc. s.

Sem. Feniculi . . . . .

Anisi . . . . .

Cymini . . . . .

Dauci . . . . . ana Drach. ij.

Caricar . . . . . No. vij.

Coq. & Rx. Colatura . . . . . Lib. j.

Ol. Anethi . . . . . Unc. iij.

Mellis desp. . . . . Unc. js.

Diacatholic. . . . .

Diaphanic. . . . . ana Drach. iij.

Salis com. . . . . Drach. js.

Misc. & f. Enema tepidè inijciendum.

## ENEMA AD ILIACAM PASSIONEM.

Rx Rad. Althea & Malva

cum toto . . . . . ana Unc. js.

Hordei excort. . . . . Unc. j.

Flor. Chamomilla . . . . .

Sambuci . . . . . ana Unc. s.

Coq. & Rx. Colatura . . . . . Lib. j.

Ol. Lini . . . . . Unc. iij.

Cassia ext. . . . . Unc. j.

Aloes epatic. . . . . Unc. s.

Sal. Nitri . . . . . Drach. js.

Misc. & f. Enema.

# ENEMA CARMINATIVUM.

℞. Rad. Zedoaria  
 Bac. Juniperi ana Unc. j.  
 Herb. Chamomill. Rom.  
 Anethi  
 Feniculi  
 Mercurialis  
 Carefolij ana Unc. s.  
 Sem. Agni casti  
 Carui  
 Cymini  
 Anisi  
 Amicos ana Drach. iij.  
 Pulp. Colocynthid. Drach. js.  
 Coq. & ℞. Colatura Lib. j.  
 Ol. Rutacei Unc. iij.  
 El. de bac. Lauri Unc. j.  
 Cass. rec. extract. Unc. s.  
 Sal. Commun. Drach. ii.  
 Castorei Scr. j.

Misc. & f. Enema.

# ENEMA DISCUTIENS

℞ Rad. Enula camp.  
 Cort. Aurantior ana Unc. j.  
 Herb. 4 emollient.  
 Calaminth.  
 Origani ana Unc. s.  
 Sem. Feniculi  
 Anethi  
 Anisi  
 Cymini

Carni.

## SECTIO XXXII.

|                               |                |
|-------------------------------|----------------|
| <i>Carui</i>                  |                |
| <i>Sileris</i>                | ana Drach. ij. |
| <i>Coq. &amp; R. Colatura</i> | Lib. j.        |
| <i>Ol. Chamomilla</i>         |                |
| <i>Ruta</i>                   | ana Unc. js.   |
| <i>El. Diaphanic.</i>         | Unc. j.        |
| <i>Mellis Anthosat.</i>       |                |
| <i>Sachar. rub.</i>           | ana Drach. vj. |
| <i>Conf. è bac. Lauri</i>     | Unc, s.        |
| <i>Sal. Gemma</i>             | Drach. j.      |
| Misc. pro Enemate.            |                |

ENEMA VENTREM LENIENS IN  
COLICA.

|                               |                |
|-------------------------------|----------------|
| <i>R. Cort. int. Frangula</i> |                |
| <i>Sambuci</i>                | ana Unc. j.    |
| <i>Herb. Chamomilla</i>       |                |
| <i>Meliloti</i>               |                |
| <i>Pulegij</i>                |                |
| <i>Calaminth.</i>             |                |
| <i>Origani</i>                | ana Unc. s.    |
| <i>Sem. Feniculi</i>          |                |
| <i>Anisi</i>                  |                |
| <i>Carthami</i>               |                |
| <i>Malva</i>                  | ana Drach. ij. |
| <i>Coq. &amp; R. Colatura</i> | Lib. j.        |
| <i>Ol. Anethi</i>             | Unc. iii.      |
| <i>El. Diacartham.</i>        | Unc. i.        |
| <i>Sal. Commun.</i>           | Drach. ii.     |
| Misc. pro Enemate.            |                |

ENEMA ALIUD VENTREM LENIENS  
IN COLICA.*R. Rad'*

|                               |                |
|-------------------------------|----------------|
| <i>Rad. Feniculi</i>          |                |
| <i>Apij</i>                   | ana Unc. j.    |
| <i>Herb. Mercurialis</i>      |                |
| <i>Malva</i>                  |                |
| <i>Parietaria</i>             |                |
| <i>Artriplicis</i>            | ana Unc. s.    |
| <i>Flor. Chamomilla</i>       |                |
| <i>Sambuci</i>                |                |
| <i>Persicorum</i>             | ana Drach. ij. |
| <i>Coq. &amp; R. Colatura</i> | Lib. j.        |
| <i>Ol. Sem. Lini</i>          | Unc. iiij.     |
| <i>Sachari Thomaj</i>         | Unc. j.        |
| <i>El. Diaphanic.</i>         | Drach. vj.     |
| <i>Sal. Gemma.</i>            | Drach. js.     |
| Misc. pro Enemate.            |                |

## ENEMA VENTREM LENIENS IN COLICA AB APOSTEMATE.

|                               |                |
|-------------------------------|----------------|
| <i>Rad. Symphyti</i>          |                |
| <i>Althea</i>                 | ana Unc. j.    |
| <i>Herb. Malva min.</i>       |                |
| <i>Violaria</i>               |                |
| <i>Meliloti</i>               | Unc. s.        |
| <i>Flor. Malva arbor.</i>     |                |
| <i>Acatie</i>                 |                |
| <i>Lilior. alb.</i>           | ana Drach. ij. |
| <i>Coq. &amp; R. Colatura</i> | Lib. j.        |
| <i>Q. Chamommilla</i>         | Unc. iiij.     |
| <i>El. de succo. Rosar</i>    | Drach. vj.     |
| <i>Cass. rec. extract.</i>    | Unc. s.        |
| <i>Crem. Tartari</i>          | Drach. ij.     |
| <i>Sal. Commun.</i>           | Drach. js.     |
| Misc. pro Enemate.            |                |

# ENEMA IN CAUSA DURITIE FÆ- CUM.

℞. Rad. Althea  
Malva ana Unc. j.  
Herb. Branc. urfin.  
Parietaria  
Bismalva ana Drach. vj.  
Flor. Chamomilla  
Sem. Fanigraci  
Lini ana Unc. s.  
Coq. & ℞. Colatura Lib j.  
Ol. Sesamini Unc. iij.  
Benedict. Laxati Unc. j.  
Sal. Commun. Drach. iij.  
Misc. pro Enemate.

## ENEMA COLICUM QUOD VEHEMENTER PROBATUR.

℞. Brodij carn. ping. Lib. j.  
Ol. Chamomilla  
Anethi ana Unc. ij.  
Mellis despumati Unc. js.  
Crem. Tartari Drach. iij.  
Sal. Gemmae Drach. js.  
Misc. pro Enemate.

## ENEMA DOLOREM COLICUM SEDANS.

℞. Rad. Malva min.  
Althea ana Unc. j.  
Flor. Chamomilla  
Meliloti  
Sambuci ana Unc. s.  
Sem. Faniculi

Anisi

*Anisi**Cymini**Apij**Lini*

ana Drach. ij.

*Coq. & Rx. Colatura*

Unc. xij.

*Vini Malvat.*

Unc. iij.

*Ol. Chamomilla**Anethi*

ana Unc. ij.

*Benedict. laxat.*

Unc. j.

*Vitell. ovorum*

No. j.

Misc. &amp; f. Enema.

## ENEMA ANODTNUM.

*Rx Rad. Liliorum albor.**Glycyrrhizæ**Altheæ*

ana Unc. j.

*Herb. Chamomilla**Meliloti**Malva min.**Violaria*

ana Unc. s.

*Sem. Fenigræc.**Lini**Cydaneorum*

ana Drach. iij.

*Cort. Mandragoræ**Flor. Papav. errat.*

ana Drach. js.

*Coq. & Rx. Colatura*

Lib. j.

*Butyri rec. non salit.*

Unc. iij.

*Vitell. ovorum*

No. j.

*Ext. Croci or.*

Scr. s.

Misc. &amp; f. Enema.

## ENEMA REFRIGERANS.

*Herb. Fragaria*

℞.

Portulaca

Violaria

Lactuca

ana Unc. s.

Sem. 4. Frigid. major.

ana Drach. ii.

Prunor. Damasc.

No. xx.

Flor. Nymphae

Verbasci

Rosarum

ana Drach. j.

Coq. &amp; ℞. Colatura

Lib. j.

Ol. Violacei

Unc. iiij.

Mellis rosat.

Unc. j.

El. de succo Rosar.

Drach. vj.

Nitri præp.

Drach. j.

Misc. &amp; iniiciantur.

## ENEMA CALEFACIENS.

℞.

Rad. Enula camp.

Pyrethri

ana Unc. j.

Herb. Calaminth.

Mercurialis

Origani

Hysopi

ana Unc. s.

Flor. Chamomilla

Stachados

Anthos

Salvia major.

ana Drach. ij.

Agarici in panno ligat.

Sem. Cymini

Anisi

Ameos

ana Drach. is.

Coq. &amp; ℞. Colatura

Lib. j.

Ol. Rutacei

Unc. iii.

Bene.

*Benedict. laxat.*

Unc. i.

*Sal. marin.*

Drach. iij.

*Ext. Absinthij*

Scr. i.

Misc. pro Enemate.

ENEMA STIPTICUM IN FLUXIBUS  
VENTRIS.*Rx. Casei sicci præp.*

Unc. js.

*Rad. Cynoglossæ**Cort. Granator.**Gallar. Turc*

Unc. j.

*Coq. in Vini Stiptici s. q. & Rx. Colatura*

Lib. j.

*Thuris pulverisat.*

Drach. iij.

*Vitell. Ovorum*

No. j.

Misc. &amp; f. Enema quod tepidè applicetur.

## ENEMA ALIUD STIPTICUM.

*Rx. Ol. Hyperici*

Unc. vj.

*Mellis Rosat.**Sevi Hircini**Cera nova*

ana Unc. iij.

Liquefiant omnia ad ignem &amp; f. Enema ad restringendum alvum.

## ENEMA ADSTRINGENS

*Rx. Rad. Acori aquatici**Tormentilla**Serpentaria*

ana Unc. j.

*Herb. Sanguisorbæ**Arnoglossæ**Plantaginis*

ana Unc. s.

*Sem. Oxalidis*

*Portulaca**Myrti*

ana Drach. iij.

*Flor. Verbasci citrin.**Rosar. rub.**Balaustiar*

ana Drach. js.

Coq. in lacte ustulato, vel in aq. Chalybeata vel fa-  
brorum; & R. Colaturæ Lib. j.

*Amyli*

Unc. j.

*Gum. Arabici**Tragacanth.*

ana Drach. j.

Misc. &amp; f. Enema sine Oleis.

## ENEMA ALIUD ADSTRINGENS.

R. Rad. Tapsi burbat.

*Plantaginis**Bistorta*

ana Unc. j.

*Herb. Caudæ equine**Polygoni**Herniaria*

ana Unc. s.

*Balaustiarum**Cort. Granat.*

ana Drach. ij.

*Rosar. rub.**Sumach*

ana Drach. j.

Coq. in aq. ferratâ, &amp; R. Calaturæ Lib. j.

*Succi Millefolij*

Unc. ij.

*Sevi Hircini*

Unc. js.

*Croci orient.*

Scr. j.

Misc. & f. Enema, quod detur post clysteres dete-  
forios, vel purgationem excrementorum.

## ENEMA AD LIENTERIAM ET DIAR-

RHEAM,

Ra

R. Rad. Verbasce

Serpentar.

Tormentill.

ana Unc. j.

Herb. Millefolij

Hyperici

Fol. Rubi

ana Unc. s.

Nuc. Cupressi

Gran. Myrti

ana Drach. ij.

Coq. &amp; R. Colaturæ

Lib. j.

Mellus Rosat.

Unc. j.

Hypocistidos

Acatic

ana Drach. ij.

Ladani

Drach. j.

Misc. & per inferiora tepidè infundantur, post aliquam detersionem per medicamentum purgans & adstringens.

## ENEMA DE TERGENS ET SICCANs

R. Hordei integri

Unc. js.

Fol. Absinthij

Myrti

ana Unc. s.

Lupinorum

Lentium

ana Drach. ij.

Flor. Centaur. min.

Rosar. rub.

ana Drach. j.

Coq. in aq. pluviali &amp; R. Colaturæ

Lib. j.

Mellus Rosat.

Unc. iij.

Mixta tepidè iniiciantur.

## ENEMA CONSOLIDANS.

R. Rad. Tapsi barbati

Consolid. major

ana Unc. js.

Herb. Plantaginis

Equiset.

*Equiseti**Fol. Myrti*

ana Unc. s.

*Rosar. Ruber.*

Drach. ij.

*Fiat decoctio in aq. ferratâ & R.**Colatura*

Lib. j.

*Sevi caprilli*

Unc. ij.

*Amyli*

Drach. j.

*Mastichis*

Drach. s.

*Misc. & f. Enema quod iniiciatur.*

## ENEMA ADBILEM ALTERANDUM IN DYSENTERIA &c.

*R. Hordei excort.**Sem. Lini*

ana Unc. ij.

*Passular. min.*

Unc. j.

*Herb. Malva min.**Violaria*

Unc. s.

*Fiat decoctio in aq. de quâ accipe*

Lib. j.

*Ol. Rosati*

Unc. iij.

*Sachari rub.*

Unc. js.

*Vitell. ovorum*

No. j.

*Salus parum.**Misc. & per inferiora indantur.*

## ENEMA DOLORES DYSENTERICOS SEDANS.

*R. Lactis vaccini*

Lib. s.

*Ol. Violacei*

Unc. iij.

*Medull. Cervin.*

Unc. j.

*Amyli*

Unc. s.

*Tragacanth.*

Drach. ij.

*Lylij*

Lycij

Drach. j.

Mixta omnia alvo tepidè indantur.

ENEMA ALIUD DOLORES DTSENTE-  
RICOS SISTENS.

℞. Rad. Glycyrrhiz.

Oryza

ana Unc. j.

Rosarum rub.

Drach. ij.

Flor. papav. errat.

Drach. j.

Croci orient

Drach. s.

Còq. in Lâcte vaccin. dulc. &amp; ℞. Colaturæ Lib. j.

Ol. Lilior. alb.

Unc. iij.

Sevi hircini

Unc. j.

Amyli

Unc. s.

Olibani

Drach. ij.

Styrac. cal.

Drach. j.

Misc. &amp; f. Enema.

## ENEMA ALIUD ANODYNUM.

℞. Hordei excort.

Unc. ij.

Rad. Consolid. major.

Sem. Lini

ana Unc. j.

Flor. Papav. errat.

Violarum

Rosarum

ana Drach. js.

Fiat decoctio in lacte &amp; ℞. Colaturæ Lib. j.

Sachari rub.

Unc. j.

Vitell. ovorum.

No. ij.

Ext. Croci or.

Scr. j.

Opij Spagyricè præp.

Scr. s.

Misc. pro Enemate.

## ENEMA DOLOREM ET ARDOREM

LENIENS.

LII

℞. Ol.

℞. Ol. Amygd. dulc.  
 Lini exp. ana Lib. s.  
 Mucilag. Sem. Cydonior. cum lacte  
 extract. Unc. iiij.  
 Misc. & f. Enema.

## ENEMA ALIUD DOLORES DYSENTERICOS PLACANS.

℞. Decoct. Hordei  
 Lactis ana Lib. s.  
 Ol. Rosarum Unc. iiij.  
 Suc. plantag. Unc. ij.  
 Sacchari rub. Unc. j.  
 Semi hircin. Unc. s.  
 Philonij persici Drach. j.  
 Misc. & f. Enemate.

## ENEMA DIURETICUM.

℞. Rad. Glycyrrhizæ  
 Altheæ  
 Graminis ana Unc. j.  
 Herb. Parietaria  
 Saxifragia  
 Malvæ ana Unc. s.  
 Passularum  
 Fijubarum ana Drach. iiij.  
 Sem. 4. frigid. major. contuser.  
 Alkekengi  
 Miliy Olus ana Drach. ij.  
 Flor. Chamomilla  
 Genista  
 Serpilli ana Drach. js.  
 Coq. & ℞. Colaturæ Lib. j.

Ol. Amygd. amar.

Scorpionum ana Unc. js.

Salis Ononid. Drach. j.

Misc. &amp; f. Enema quod injiciatur.

ENEMA IN CALCULO RENUM ET  
VESICÆ.

℞ Rad. Glycyrrhizæ

Althea

Malva min. ana Unc. j.

Sem. Milij solis

Off. Mespilorum ana Unc. s.

Coq. &amp; ℞. Colaturæ

Unc. x.

Ol. Violarum

Unc. iij.

Cassia rec. ext.

Drach. x.

Benedict. laxat.

Unc. s.

Salis com.

Drach. js.

Misc. &amp; f. Enema.

## ENEMA CALCULUM COMMINUENS.

℞. Rad. Petroselini

Ononidis

Althea

ana Unc. j.

Herb. Parietaria

Veronica

Hedera ter.

ana Unc. s.

Sem. Lappæ major.

Malva minor.

Milij Solis

Saxifragie

ana Drach. ij.

Bac. Juniperi

Lauri exc.

Gran. Alkikengi

ana Drach. js.

Fler.

*Flor. Chamomilla**Lilior. alb.**Malva arbor.*

ana Drach. j.

*Coq. & R. Colaturæ*

Unc. xij.

*Ol. Scorpion. simpl.**Violacei*

ana Unc. ij.

*Sal. Eryngij**Faniculo*

ana Drach. j.

Misc. pro Enemate.

# ENEMA ALIUD IN CALCULO RENUM ET VESICÆ.

*R. Rad. Glycyrrhizæ**Althea**Lilior. alb.*

ana Unc. j.

*Herb. Parietaria**Linaria**Hedera ter.**Veronica*

ana Unc. s.

*Flor. Malva arbor.**Sambuci**Chamomill.*

ana Drach. ij.

*Coq. & R. Colaturæ*

Unc. xij.

*Ol. Verbasci*

Unc. j.

*Mellis Rosat.*

Unc. j.

*Cass. rec. ext.*

Drach. vj.

*Terebinthina Cypria**Benedict. Laxativ.*

ana Unc. s.

*Vitell. Ovorum*

No. j.

*Salis Nitri*

Drach. s.

Misc. pro Enemate.

# ENEMA ALIUD IN EODEM CASU.

*R. Rad. Althea**Malva*

|                                                  |                |
|--------------------------------------------------|----------------|
| <i>Malva</i>                                     | ana Unc. s.    |
| <i>Hermodact. alb.</i>                           |                |
| <i>Albi graci</i>                                |                |
| <i>Hedera ter.</i>                               | ana Drach. ij. |
| <i>Sem. Malva arbor.</i>                         |                |
| <i>Milij Solis</i>                               |                |
| <i>Psyllij</i>                                   | ana Drach. js. |
| <i>Flor. Hyperici</i>                            |                |
| <i>Genista</i>                                   |                |
| <i>Meliloti</i>                                  |                |
| <i>Linaria</i>                                   | ana Drach. j.  |
| <i>Coq. &amp; R. Colaturæ.</i>                   | Unc. xij.      |
| <i>Ol. Anodyni septem florum</i>                 | Unc. ij.       |
| <i>Terebinth. Cypria cum vitell. ovi</i>         |                |
| <i>unius distemperat.</i>                        | Unc. j.        |
| <i>Benedict. laxat.</i>                          | Unc. s.        |
| <i>Nitri prep.</i>                               | Drach. j.      |
| <i>Misc. &amp; f. Enema, quo ipse uti soleo.</i> |                |

## ENEMA MIRABILE IN CALCULO RE- NATO.

|                              |                 |
|------------------------------|-----------------|
| <i>R. Rad. Malva min.</i>    |                 |
| <i>Altheæ</i>                | ana Unc. j.     |
| <i>Hermodact. alb.</i>       | Drach. vj.      |
| <i>Herb. 4. Emollientium</i> |                 |
| <i>Pedis columb.</i>         | ana Unc. s.     |
| <i>Sem. Petroselinij</i>     |                 |
| <i>Anisi</i>                 |                 |
| <i>Hedera</i>                |                 |
| <i>Sesleas</i>               | ana Drach. iij. |
| <i>Frigid. major.</i>        | ana Drach. js.  |

*Flor. Chamomilla**Genista**Malva arbor.**Meliloti*

ana Drach. j.

Coq. &amp; R. Colaturæ

Unc. xij.

*Ol. Scorpion simpl.**Amygd. dulc.*

ana Unc. js.

*Sachari rub.*

Unc. ij.

*Terebinth. Cypria in vino alb. lota*

Unc. j.

*Benedict. laxat.*

Unc. js.

*Sal. Nitri*

Drach. j.

Misc. & f. Enema. quod magnam copiam crassissimorum humorum deijcere solet.

## ENEMA IN DOLORE CALCULI.

R. *Albi Graci*

Unc. j.

*Ficum*

No. xv.

Coq. in vino alb. &amp; R. Colaturæ

Unc. xij.

*Ol. Amygd. amar.**Populini*

ana Unc. js.

*Ping. Anatis.**Butyris sale*

ana Unc. s.

*Sal. Commun.*

Drach. js.

*Vitell. Ovorum*

No. j.

Misc. pro Enemate: mirè enim operatur.

## ENEMA AD DOLOREM NEPHRITICUM.

R. *Rad. Glycyrrhizæ**Altheæ**Graminis**Asparagi*

ana Unc. j.

Herb.

*Herb. Linaria**Malva**Meliloti*

ana Unc. s.

*Flor. Malva arbor.**Chamomilla**Hyperici**Genista*

ana Drach. ij.

*Sem. Petroselini**Alkekengi**Milij Solis*

ana Drach. js.

*Fat decoctio & R. Colaturæ*

Unc. xij.

*Ol. Liliorum albor.**Amygdal. amar.**Scorpionum*

ana Unc. j.

*Mellis despumati**Benedict. laxat.**Terebinth. alb.*

ana Unc. s.

*Sal. Gemma*

Drach. js.

*Misc. & f. Enema*

## ENEMA AD SCIRRHUM UTERI.

*R. Rad. Malvæ min.**Althea**Liliorum alb.*

ana Unc. j.

*Herb. Mercurialis**Parietaria**Artriplicis*

ana Unc. s.

*Sem. Cydoneorum**Lini*

ana Drach. ij.

*Flor. Chamomillæ**Meli.*

*Meliloti**Verbasci**Malva arbor.*

ana Drach. j.

Fiat decoctio in aq. &amp; decoctioni adde:

*Butyri rec. f. sale**Ol. Olivar.*

ana Unc. iiij.

Iniiciantur frequenter Unc. vi. pro unâ vice.

## ENEMA AD VERMES IN VENTRICULO.

℞. *Rad. Glycyrrhizæ**Hordei mundat.*

ana Unc. j.

*Ficuum ping.**Prunor. Damasc.*

ana No. xx.

*Sem. Anisi*

Drach. js.

Coq. &amp; ℞. Colaturæ Lib. s.

*Sachari rub.**Mellis opt.*

ana Unc. js.

Misc. &amp; f. Enema sine oleo &amp; sale.

## ENEMA AD ASCARIDES.

℞. *Rad. Aristoloch. rot.**Gentiana*

ana Unc. j.

*Herb. Absinthij**Abrotani**Card. bened.*

ana Unc. s.

*Fol. Persicorum**Sum. Centaur. min.*

ana Drach. ij.

*Flor. Marrubij*

Drach. ij.

Fiat decoctio &amp; ℞. Colaturæ

Unc. xij.

*Lixivij*

Unc. iiij.

Misc. & f. Enema, quod iniiciatur, sed sensim & bis  
in eâdem horâ.

ENE-

ENEMA AD EVACUANDUM VERMES  
INTERFECTOS.

℞ Rad. Glycyrrhizæ  
Myrrhidis ana Unc. j.  
Sebesten No. xxv.  
Fiat decoctio & ℞. Colaturæ Lib. j.  
Sachari rub. Unc. j.  
Mellis crudi Drach. vj.  
Vitell. Ovorum No j.  
Salis Parum.

Misc. & sine oleo f. Enema, quod applicetur.

ENEMA IN RHAGADIIS, RIMIS SEU  
SCISSURIS ANI

Probaturum.

℞. Ol. Violacei Unc. v.  
Butyri non salit. Unc. iij.  
Mucilag. Tragacanth.  
Sem. Psyllij  
Cydoneor. ana Unc. js.  
Sachari rub. Unc. j.

Misc. & f. Enema.

## ENEMA PRO PUERIS.

℞. Herb. Chamomilla  
Parietaria ana Unc. s.  
Rad. Glycyrrhizæ Drach. ij.  
Fol. Senæ elect. Drach. j.  
Coq. & ℞. Colaturæ Unc. vi.  
Manna calab. Unc. s.  
Ol. Liliorum alb. Drach. ij.  
Salis Com. Scr. j.

Misc. & f. Clyster.



7. In Dysenteria, propter ulcera in intestinis, clystera sint tepida, non calida.

8. In Calculo Renum & Vesicæ nihil præstantius est, pro eductione superfluitatum, quam clysteres; Sed quantitas illorum interdum debet esse minor solito: Quia repletio auget intestinorum dolorem. Postea materiâ ita evacuatâ, mundificatâ, & dolore quietato, dentur diuretica.

9. Si in vermibus vis applicare enemata, nulla omnino olea sunt immiscenda; Quia vermes olea fugere solent.

10. Si quoq; enemata aliquot vel diversa, una eodemq; die exhibita, etiam ex fortissimis catharticis composita, nullius essent operationis, sumatur aqua optimè & vehementer salita, & fiat enema, quod calidè applicetur & iniiciatur. Hoc nunquam fallit; sed cum magnâ peccantium excrementorum copiâ semper redit, & est secretum magnum. E. g. R. Aq. calidæ Lib. j. Salis commun. Unc. js. Mixta & soluta pro Enemate indantur.

II. Quicumq; habet difficultatem anhelitus, ad retinendum enema omnino non est cogendus

## SECTIO XXXIII.

DE

### OLEIS COMPOSITIS.

#### OLEUM OTALGICUM.

R. Rad. Hellebori nigri Unc. s

Palp. Colocynthid. Drach. iij.

Fol. Senæ elect. ana Drach. ij.

Lauri

M m m 2

Mille

*Millepedum vivor.**Alipta Moschata**Caryophyllorum*

ana Drach. js.

*Herb. Rorismarin.**Auricul. muris**Majorana**Sabina.*

ana M. S.

Coq. in vino &amp; R. Colaturæ Unc. iij.

*Ol. Amygdalar. amar.*

Unc. ij.

*Bac. Juniperi**Petre*

ana Unc. s.

*Formicarum*

Drach. js.

Denuò coq ad consumptionem humiditatis &amp; oleum ad usum reserva.

*Vires & Usus.*

**A**uditus difficultati confert & tinnitum tollit. Manè autem & serò pauculæ guttulæ prudenter auribus instillantur, vel madesiat gossypium imponendum.

OLEUM ACOVISTICUM AMBRATUM.

R. *Ol. Amygdalar. amar.*

Unc. iiij.

*Nardini comp.**Lilior. alb*

ana Unc. ij.

*Suc. Origani**Majoran.**Ruta**Porri**Raphani**Caparum*

ana Unc. j.

Mixa coquantur ad succorum consumptionem, postea oleo colato adde.

*Sp. Vin*

Sp. Vini Millepedibus prius impragnati

Aceti vini acerr. ana Unc. s.

Ambra grisea

Flor. Serpilli

Bac. Sabina.

Sem. Cymini

Macis

ana Drach. j.

Cubebarum

Hellebori alb.

Mastichis

Ladani

Styrac. cal.

ana Drach. s.

Castorei veri

Piperis long.

Croci or.

Nitri præp.

ana Scr. j.

Omnia per se pulverisata, & diligenter conquassata  
denuo in B. aquæ magnificè bullientis ad consumptionem  
humiditatis coquantur, permittendo refrigerari, postea  
oleo expresso & benè colato immisce.

Ol. Formicarum

Anisi

ana Drach. j.

Gallie Moschat. subtilissime

Pulverisat.

Scr. j.

Misce &amp; ad usum repone.

## Vires &amp; Usus.

CONtra surditatem & gravitatem auditus, nec non tinni-  
tum ab humore & vapore, vel etiam à flatu, expertissi-  
mum est: Aurium etiam dolores sistit. Apostemata rum-  
pit, & ulcera manantia curat. Usus est, ut aliquot guttæ in

M m m 3.

aures

aures manè & vesperi stillentur, claudendo cottone mofchato; Sic tribus aut quatuor diebus sæpè auribus medetur.

## OLEUM CARMINATIVUM.

Rx Ol. Sem. Cymini

Unc. s.

Feniculi

Anisi

Carui

ana Drach. j.

Anethi

Aurant.

Chamomill.

ana Drach. s.

Misce & ad usum repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**M**edicamentum vere anodynum est: Discutit enim flatum, Hyfteralgiam & omnes morbos ex ventositate ortos curat. Tum quoq; dolores Pectoris, Ventriculi, Lienis, Intestinorum, Renum & Vesicæ lenitatq; placat. Melancholiæ flatuosæ seu hypochondriacæ auxilio est. Dosis a gut. iiij ad v. & vj. in vehiculis appropriatis.

## OLEUM NEPHRTICUM.

Rx Ol. Succini alb. rect.

Terebinthina

Juniperi

ana Unc. iiij.

Fermenti panis cibarij.

Salis Communis

Tartari alb.

ana Unc. j.

Aq. Hedera ter.

Petroselinij

Ononidis

ana Lib. iiij.

Misc.

Misc. & per alembicum distilla; postea sepe oleum, & ad usum reserva.

*Vires, Usus, Dosis.*

**V**irtuosissimè & potentissimè calculum Renum & Vesicæ frangit, & per urinam expellit: Insuper Colicos dolores sedat. Uterum roborat & partum facilem reddit, si ex aq. Verbenæ parturienti propinetur. Cum aq. Tiliæ sumptum, Capitis affectibus, nervorum resolutionibus, morbo attonito & Comitiali succurrit; nec non naribus inunctum ab omni veneno & aeri pestilenti præservat. Dosis manè à gutt. v. ad vj in vehiculis Specificis.

OLEUM SEPTEM FLORUM.

**P**aratur ex oleo Olivarum per multas repetitas infusiones florum Violarum, Sambuci, Rosarum, Chamomillæ, Liliorum alb. Verbasci, Malvæ arbor. rub. Infundantur autem flores in oleo, & quilibet suo tempore, dum haberi potest, recens & seorsim, digerantur in sole, & post debitam macerationem quilibet flos seorsim quoq; & fortiter exprimatur, & hic labor cum alijs & recentibus floribus aliquoties repetendus &c. Sic tandem Oleum anodynum & verè Balsamicum accipies, in omnibus tam frigidis quam calidis doloribus appropriatum quod usui repones.

*Vires & Usus*

**A**nodynum est. Capitis dolores & Cephalalgiam mitigat. Phreneticis & Vigilibus fronti ac temporibus impositum, somnum conciliat. Hypochondriorum tensionibus prodest. Dolores Thoracis, Ventriculi, Coli, Uteri & nervosarum partium sedat. Pleuriticis, Tabidis & Hæcticis præsentis est remedio. Februm ardentium æstus intolerabiles placat. Ictericis & Renum immoderatum calorem sedat.

dat. Omnem Intemperiem calidam exstinguit Uteri durities emollit, & multos alios vulvarum casus componit. Omnes tumores calidos vel resolvit, vel maturat. Lassitudines discutit. Valet etiam ad ambusta cum album Ovi. vel mucilag. Sem. Cydoneor, mixtum. Per clysteres deniq; injectum dolores ventris sistit, alvum irritat, serosaq; excrementa per inferna educit.

### OLEUM SABINÆ CROCINUM.

Rx. Ol. Stil. Sabina      Unc. iij.  
Croc orient.      Drach. iij.

Misc. & affuade sp. vini super Artemis. Centaur. min. & Cinamom. rectific. Unc. ij. Coq. ad spiritus consumptionem; postea separa oleum & ad usum reservā.

### Vires, Usus, Dosis.

**A**D cienda muliebria probatissimum. Dosis manē & vesp. per à gut. v. ad vj. & vij. in aq. Artemisæ, pulegij &c. Item in vino Malvatico vel alio generoso & forti: In decoctione nostrā contra Menses suppressos commodissimè offertur. Tempore autem, quo menstrua fluere consueverunt, exhibendum, ut sic adjuvante naturā eò efficacius operari possit.

### OLEUM BALSAMI.

Rx Oleor. Olivarum      Lib. j.  
Hyperici  
Bac. Lauri      ana Unc. j.  
Gran. Juniperi  
Petra.      ana Unc. s.  
Lig. Rhodini  
Spica      ana Drach. ij.  
Sem. Angelica

*Anisi* ana Drach. j.  
*Terebinth. Cyprie in aq. Violar. lota*  
 Lib. s.

Misc. & cum s. q. Rad. Anchusæ f. l. a. Oleum seu Balsamum rubicundum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**C**alefacit, aperit, discutit, tenuat, atq penetrat. Hinc omnibus affectibus frigidis auxiliatur. Flatus egregiè dissipat. In paralyti, nervorum origini inunctum, multum facit. Surditati, sibilo, & dolori aurium, à frigiditate, medetur. Dolores & rigores Febrium spinæ dorsii illitum tollit, & Febres abigit. Putredini & Pesti resistit. Calculos comminuit atq pellit Sudores provocat. In spasmis, Colicâ Hydrope, Tympanite, contracturis, Suffocatione Matricis, sanguine coagulato, stomacho debilitato &c. internè & externè usurpatum, præstans este remedium. Dosis à Scr. j. ad Drach. j. in vehiculis morbum respicientibus.

OLEUM FORMICARUM.

R. *Formicarum vivar.*

*Sem. Erucæ*

ana q. v.

Misc. & contunde, ut fiat quasi pasta. Hanc vitro inde, & sub dio solitamdiu expone, donec oleum accipias, quod per expressionem separa & ad usum, pro Balsamo nostro Venereo, reserva.

*Vires & Usus*

**S**I hoc oleo plantæ pedum & regio pubis ac perinei ungantur, mirabiliter torpentes excitat, etiam à maleficio tales.

## OLEUM LIGNORUM.

R. Ras. Lig. Sancti Lib. iij.

Sassafras

Rhodini

ana Unc. viij.

Mixta destillentur, ut est artis, & accipies Spiritum & Oleum, quæ seorsim aliquoties rectificentur, & ad Usum ferventur.

*Vires, Usus, Dosis.*

Spiritus habet vim diaphoreticam, & per sudorem expedit, quodcunq; in corpore noxium. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. in vehiculis specificis. Oleum vero Experimentum est in Gonorrhæa; Contagioni etiam & putredini maxime resistit: Eâ enim ratione morbo Gallico mirè subvenit; Cujus ulcera, pustulæ, crustæ, vesiculæ &c. nec non serpigines & scabies ex Oleo hujus illinitione, curantur. Dosis internè à gut. vj. Ad gut. viij. in liquore convenienti & appropriato.

## SECTIO XXXIV.

DE

## BALSAMIS ET ODORIFERIS.

## BALSAMUM POLTCHRESTUM.

R. Olear. Olivarum

Lib. j.

Hyperici

Lauri

ana Unc. j.

Succini alb. rect.

Bac.

*Bac. Juniperi**Petræ*

ana Unc. s.

*Spicæ*

Drach. ij.

*Nuc. Moschata**Aurantiorum**Rorismarin.*

ana Drach. j.

*Chamomilla Rom.**Cymini*

ana Drach. s.

Mixtis adde: Sp. Vini optime rect (in quo prius per octo dies Thus, mastix, Bentzoïn, styrax cal. Mumia, Gran. tinct. Flor. Centaur. min & Consolid. major. Rosæ, Violæ; nec non rad. Anchusæ infusa fuerint) Lib. j.

*Terebinthina Cypriæ in aq. Rosarum**diligenter lotæ*

Lib. s.

*Bals. Sulphuris anisat. nostr.*

Drach. vj.

Ingeniosè denuo misce, & stent in digestionem retrò fornacem vel, ad solem, sæpius in die agitando per 14. Dies: Postea Sp. vini in B. M. lentissimo igne abstrahatur, tunc in fundo manebit Balsamum rubicundum ad usum publicum meritò reservandum.

*Vires, Usus, Dosis.*

**B**alsamum hoc nobilissimum, tam pro externo illitu, quam pro interno usu efficacissimum, tenuis est substantiæ, propter vim penetrandi, quâ omnia membra reficit, calefacit, tenuat, aperit, discutit atq; exsiccat. Omnibus destillationibus & defluxionibus capitis frigidis mirè confert. Apoplexiæ, Epilepsiæ, Vertigini, & oblivioni, præcipuè auxiliatur, si satura coronalis, extremitates narium, tempora, occiput, vertex &c. frequentius inungantur. In aurium tinnitu, a flatu crasso, sibilo & hebetiore sensu ex

frigidityate contracto tepidum feliciter adhibetur. Cerebri, pectoris, Hepatis, Lienis, Uteri, Nervorum, Articulorum omnium, aliarumq; partium nervosarum puncturis & doloribus frigidis mirum in modum medetur. Hypochondriorum tensionibus valde utile; nec non duricies seu tumores duros & scirrhosos dissipat, & colorem bonum conliat. In paralyfi, Spasmo, Ischiade, Contracturis &c. secretum est. Pulmones quoq; ab humoribus crassis & viscidis purgat. Stomacho & orificio ventriculi inunctum, mirifice cum roborat. Anhelitum commendat. Flatus internos potenter dissipat. Arcanum est in Colicâ, si vmbilicuseo inungatur introq; sumatur. Sanguinem coagulatum dissolvit ex vino, expectato sudore, potum, locoq; affecto inunctum. Aquæ petroselini vel alio convenienti liquori immixtum atq; assumptum, simulq; regioni Renum & Vesicæ illitum, calculos & alias superfluitates meatuum urinalium pellit, Venerisq; tentiginem excitat. Uteri quoq; stranguilati prodest, naturalibusq; illitum foetum evocat. Quod si tepesfactum in quartana alijsq; febribus quam plurimis, ante paroxysmum, spinæ dorsî à nuchâ colli usq; ad nates fortiter juxta ignem seu retrò fornacem inunxeris, rigores insigniter sublevat, mitigat, febresq; profligat. Omnia deniq; conservat & ruetur à putrefactione, nec non ab omni veneno & aere pestilenti præservat. Dosis internæ à Scr. j. ad Drach. s. & Drach. j. In vehiculis appropriatis & specificis.

### BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞. Ol. Nucis Moschat. exp.

Unc. j.

Succini alb. rect.

Drach. s.

Rosarum ver.

Cinamomi

ana Scr. j.

Laven

*Lavendula**Majorana*

ana Gr. xv.

*Asa. dulcis**Ruta*

ana Scr. s.

*Caryophyllorum**Citri*

ana Gr. iij.

*Diligenter & optimè mixtis adde**Ambra grisea*

Drach. js.

*Zibeta non fals.*

Scr. iij.

*Moschi laudatiss.*

Drach. j.

Misc. fideliter & fiat secundum artem justæ consistentiæ Balsamum.

*Vires & Usus.*

IN totâ Repub. Medicâ vix, vix, invenitur Balsamum Apoplecticum, quod famâ illustrius, virtute nobilius, honore dignius, auxilio promptius, & odore fragrantius, quam hoc præsens: Narium enim extremitatibus saltem, nec non (exigente tamen necessitate) vertici atq; pulsibus modicè inunctum vitales, animales. & naturales spiritus miraculosè suscitât atq; suavissimè recreat.

## BALSAMUM HTPNOTICUM.

℞ *Ol. Nucis Moschat. exp.* Drach. v.*Rosarum vulgar.**Violarum**Nymphae.*

ana Drach. ij.

*Sem. Hyoscyami exp.**Papav. alb. exp.**De Lateribus**Benzoin.*

ana Drach. j.

Misc. fideliter, & postea adde sequentia:

N n 3

long.

## SECTIO XXXIV.

*Ung. Populeon.*      *Unc. j.*  
*Medul. Cervina*      *Drach. iij.*  
*Opij in sp. Vini diss.*  
*Ext. Croci orient.*      *ana Drach. js.*  
*Ambra & Moschi*  
*Ol. Rosarum veri*      *ana Scr. j.*

Misce & fiat juxta artem Balsamum.

*Vires & Usus.*

**N** Aribus & pulsibus temporum & brachiorum, nec non, si opus, auribus & pedum plantis inunctum, omnium suaviter conciliat, & dolores capitis mitigat.

## BALSAMUM MEMORIÆ.

*Rx. Ol. Nuc. Moschat. exp.*      *Unc. s.*  
*De Lateribus*  
*De Castoreo*      *ana Drach. iij.*  
*Myrrha rub.*  
*Thuri*      *ana Drach. j.*  
*Rorismarini*  
*Lavendula*  
*Majorana*  
*Ruta*      *ana Scr. j.*  
*Caryophyllorum*  
*Succini albi*  
*Cinamomi*  
*Benzoini*      *ana Scr. s.*

Misc. & cum cap. mortuo *Ol. Nuc. Moschat. exp.* fiat justæ consistentiæ Balsamum, cui adde: *Gallix Moschat. veræ Scr. ij* Denuò misce & ad Usum repone.

*Vires & Usus.*

AD amissam memoriam, illamq; tam Confortandam, quam conservandam, secretum est: Sed in mulieribus hysteriis affectionibus obnoxijis, Gallia Moschata omittatur, vel ad supprimendum odorem pondus ol. Succini alb. iugeatur. Ufus ejus est, ut manè & vesperi occiput hoc Balsamo bene illinatur.

## BALSAMUM ODONTALGICUM.

℞ Ol. Origani Cretici

Caryophyllorum

Camphoræ

ana Drach. ij.

Opj Spagyricè præp.

Flor. Nitri

ana Drach. j.

Spec. Diambra

Santali rub.

ana Drach. s.

Misc. & cum Cap. mort. Ol. Nuc. Moschat. exp, vel in hujus defectu cum ceræ alb. Unc. s. fiat l a. Balsamum.

## Vires &amp; Usus.

EFFICAX est in dolore dentium à quacunq; ferè causâ, præsertim autem frigidâ; Gossipio enim exceptum & dentium cavernis impositum, subito medetur: Vermiculos inuper necat, humoresq; affluentes per os copiosè educit.

BALSAMUM PUERORUM DENTIEN-  
TIUM.

℞. Butyri majal. non salitè

Unc. iij.

Ping. Gallinarum

Anatis

ana Drach. ij.

Flor. Papav. errat.

Drach. j.

Coquantur in suc. è Cancris vivis contus & cum aq. Cyani ext. Rad. Althææ ana Unc. ij. Ad succorum Consumptionem; Postea expressis adde:

Sachar.

|                             |            |
|-----------------------------|------------|
| <i>Sachari candi alb.</i>   | Unc. iiij. |
| <i>Gallia Moschat. vera</i> | Scr. j.    |
| <i>Vitell. Ovorum</i>       | No. j.     |

Misc. & fiat juxta artem Balsamum.

*Vires & Usus.*

**I**N dentitione infantium, ob gingivarum densitatem & duritiem sæpè de vitâ periclitantium, maximos inde dolores, gingivas rarefaciendo ac emolliendo. sistit, & facilius dentire facit, si eo gingivæ frequentius inungantur.

**BALSAMUM PARALTTICUM.**

Rx. Ol. *Galbani cum Sp. Terebinthina*  
distillat.

|                          |               |
|--------------------------|---------------|
| <i>Succini rectific.</i> | ana Unc. j.   |
| <i>Rorismarini</i>       |               |
| <i>Angelica</i>          | ana Drach. j. |
| <i>Chamomilla Rom.</i>   |               |
| <i>Caryophyllorum</i>    |               |
| <i>Salvia</i>            | ana Drach. s. |
| <i>Origani Cret.</i>     |               |
| <i>Lavendula</i>         | ana Scr. j.   |

Misc. & cum ol. Nuc. Moschat. exp. f. q. fiat justæ consistentiæ Balsamum seu linimentum molle, cui pro ditioribus saltem adde: Trochisc. Galliæ Moschat. Scr. j.

*Vires & Usus.*

**N**uchæ & cerebro tanquam origini nervorum, nec non membris paralyticis inunctum, mirabiliter juvat & multum facit in Paralyti: Quia omnes nervos penetrat ac roborat, quod in hoc morbo maximè requiritur.

**BALSAMUM SPASMATICUM.**

Rx. *Ping.*

*Rx. Ping. Anguilla*                      *Unc. j.*

*Ol. Galbani cum sp. Terebinth.*

*Distillat.*

*Unc. s.*

*Lumbricor. ter.*

*Lilior. albor.*

*ana Drach. iij.*

*Succini alb. rect.*

*Rorismarini*

*Angelica*

*ana Drach. js.*

*Bac. Juniperi*

*Chamomilla*

*Origani Cret.*

*Laurini*

*ana Drach. j.*

*Caryophyllorum*

*Lavendula*

*Salvia*

*Ruta*

*ana Scr. j.*

*Misc. & cum Ol. Nuc. Moschat. exp. & Ceræ alb.*

*ana f. q. f. l. a. Balsamum.*

### *Vires & Usus.*

**I**N convulsione, quæ ab humore frigido nervos replente fieri solet, præmissis tamen universalibus & Corpus debite evacuantibus, hoc Balsamum principatū obtinet: Membra enim convulsa & tremore infestata, omnes nervos penetrando, curat; nec non convulsivos motus sistit. fiat autem in unctio non solum in loco affecto, verum etiam à collo usq; ad ultimam vertebam bis seu ter in die. Æger interim caveat sibi ab aere frigido, nec membra spasmodica aquâ frigidâ humectet, cibos quoq; flatulentos, crapulam, crudelitatem, & nimiam Venerem fugiat.

### BALSAMUM STOMACHICUM.

|                            |               |
|----------------------------|---------------|
| ℞. Ol. Nucis Moschat. exp. | Unc. ijs.     |
| Mentæ crisp.               | Unc. s.       |
| Aurantiorum:               |               |
| Caryophyllor.              |               |
| Macis:                     | ana Drach. j. |
| Rorismarini:               |               |
| Lavendulæ:                 |               |
| Æbsinthij:                 |               |
| Cymini:                    |               |
| Anethi:                    | ana Drach. s. |

Misc. & fiat mixtura, cui, si placet, ad temperandum caliditatem adde parum Ol. Rosar. rub. vulgar. & cum cera alb. s. q. fiat l. a. Balsamum.

### Vires & Usus.

**V**aleat ad frigidum Ventriculū tardius concoquentem & flatibus multis obnoxium: Item, acidum ructum & nauseam corrigit. Vomitum phlegmaticum sistit. Flatus intestina distendentes discutit. Ungendus autem Ventriculus est quotidie bis, manē scilicet & vespere, finitā concoctione.

### BALSAMUM AROMATICUM.

|                          |               |
|--------------------------|---------------|
| ℞. Ol. Absinthij vulgar. |               |
| Nardini comp.            |               |
| Mentæ crisp.             |               |
| Masticis:                | ana Unc. iij. |
| Nuc. Moschat. exp.       | Drach. vj.    |
| Ol. Stil. Caryophyllor.  |               |
| Calami aromat.           | ana Drach. j. |
| Rorismarin.              |               |
| Lavendulæ:               |               |

*Auran.*

*Aurantiorum**Bentzoini**Cymini*

ana Scr. j.

Diligenter &amp; fideliter mixtis adde:

*Spec. Diatrion Piper.**Gum. Tacamahac.* ana Drach. ij.*Gallie Moschat. vera* Scr. s.Denuò Misc. & cum f. q. Cap. mort. Ol. Nuc. Moschat.  
exp. f. l. a. Balsamum.*Vires & Usus.*

**I**n signiter calefacit frigidum Ventriculum, Concoctio-  
nem juvat & ventositates dissipat. Dosis pro unâ vice,  
nuc. avellan. Quantitas, & post inunctionem linteum cali-  
dum duplex superponatur.

## BALSAMUM ABSINTHIACUM.

*℞.* Ol. Nuc. Moschat. express. Unc. ij.*Absinthij vulgar.**Nardini comp.* ana Unc. j.*Mastichis* Unc. s.*Stil. Absinthij* Drach. j.*Mentæ crispæ**Thymi* ana Drach. s.*Caryophyllorum**Maceris* ana Drach. j.

Misc. &amp; f. l. a. Balsamum justæ consistentiæ.

*Vires & Usus.*

**V**entriculo inunctum ejus frigiditati, coëtricem ac re-  
tentricem vim roborando cibi aviditatem excitando,

status conceptos dissipando, mirificè conducit; Nec non ad cæliacos, Stomachicos, Colicos, & Dysentericos cruciatus valdè utile Cerebri quoq; & nervorum frigidis affectibus opitulatur.

## BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM.

|     |                        |          |
|-----|------------------------|----------|
| Rx. | <i>Ol. Anisi</i>       | Unc. vj. |
|     | <i>Flor. Sulphuris</i> | Unc. j.  |

Misc. & in vitro digerantur & circulentur tamdiu, donec *Ol. Anisi* tincturam Sulphuris perfectissimè extraxerit: Postea aufer Oleum rubicundissimum per inclinationem, filtra & ad Usum reserva.

### *Vires, Usus, Dosis.*

**E**St Balsamum perfectissimum, calefaciens, siccans, & a putredine conservans, in quo sunt omnes virtutes naturalis Balsami, & vis conservativa maxima. In Catarrhis pectoralibus, tussi, Asthmate, phthisi, pleuritidè, Colicâ, peste, Febribus, morbis Epidemicis. Epilepsiâ, lue venerea; nec non in omnibus Apostematibus & putrefactionibus Corporis &c. miranda præstat. Dosis à gut. iij. ad v. & vj. in vehiculis appropriatis & specificis.

## BALSAMUM ZIBETHÆ.

|     |                               |         |
|-----|-------------------------------|---------|
| Rx. | <i>Ol. Nuc. Moschat. exp.</i> | Unc. j. |
|     | <i>Zibethæ non falsat.</i>    | Unc. s. |

Invicem prius bene & fideliter mixtis adde:

*Ol. Stil. Saponis rect.*

*Carminativ. nost.*

*Cera rectif.*

*Caryophyllorum*

ana Drach. j.

*Macis*

*Macis*

ana Drach. s.

*Ambra & Moschi*

ana Scr. j.

Denuò Misc. &amp; fiat l. a. Balsamum.

*Vires & Usus.*

**U**mbilicus hoc Balsamo inungitur: Intolerabiles cruciatus & dolores Colicos non solum sedat; Sed & discutit & resolvit malignos, crudos, nitrosos atq; vitiosos humores. In coitu etiam mulieribus magnum affert solatium, si penis glans eò inungatur. Item, si in suffocatione matricis maritus dicto modo sese inungat, & cum uxore cocat, præsentissimum est remedium: Matrix enim subito descendit, Ad nares autem illarum, eo tempore fætida adhibeantur; qualia sunt Castoreum, Asa fætida &c.

## BALSAMUM TEREBINTHINÆ.

*R. Rubini translucentis ex Ol. Terebinthina per evaporationem fact. q. v.*

Pulverisa & opt. Sp. vini secundum artem tincturam extrahe, spiritum tinctum per 14. Dies digere; postea in lento balnei calore ad medietatem seu Oleitatem iterum abstrahere, & post filtrationem debitam ad Usus repone.

*Vires, Usus, Dosis.*

**R**enum & Vesicæ calculos expellendi, eorumq; dolores sistendi, Gonorrhæam curandi, potentissimam vim habet. Dosis à gut. v. ad 7. & Scr. s. in vehiculo convenienti. Externè etiam regionibus dictorum membrorum in unctum cruciatus nephriticos egregiè sopit.

## BALSAMUM MEDICAMENTOSUM.

*Rx. Tinctura Rosarum cum aq. lap. Medicamentos. extract.*

*Mellis Virginei* ana Unc. iij.

*Aluminis usti* Unc. j.

*Terra vitrioli dulc.*

*Gum. Lacca* ana Drach. iij.

*Coq. ad consistentiam Balsami; postea adde:*

*Corallor. rub. præp.*

*Sang. Draconis* ana Drach. ij.

*Sarcocolla*

*Myrrha rub.*

*Mastichis* ana Drach. j.

*Ol. Lig. Rhodini*

*Nuc. Moschat.*

*Salvia* ana Scr. j.

*Misc. & f. l. a. justæ consistentiæ Balsamum.*

### *Vires & Usus.*

**A**D gingivarum putridam, tumidam, superincarnatam & denigratam carnem valet; Illam enim à putredine præservat & curat. Insuper dentes confirmat, illosq; novâ carne obducit, & cetera oris vitia, utpote, Cancrum, Noli me taugere, Scorbutum, Apostemata, Ulcera, Alcolam, Corrosionē &c. Perfectè & subito sanat, & quamcunq; affectionem gingivarum tollit. Manè autem & serò vel aliquoties in die caro maligna fricetur atq; os eluatur aq. salviæ vel alio appropriato liquore.

### BALSAMUM STIPTICUM.

*Rx. Empl. Stiptici nost.* Unc. iij.

*Ol. Vitell. Ovorum* q. s.

*Fiat l a Balsamum, cui adde:*

*Ol.*

*Ol. Caryophyllorum**Nuc. Moschat.**Salvia*

ana Scr. j.

Misce &amp; ad Usum reponere.

*Vires & Usus.*

**V**entriculum firmat & ventrem inferiorem totum, si co-  
 ungatur, roborat. Concoctionem juvat; ob hæc Vomitu-  
 rum, Choleram morbum, Lienteriam, Diarrhæam & dys-  
 enteriam hepaticam curat. Præterea ad firmandum Ute-  
 rum, Mensium abundantiam cohibendum, Abortum pro-  
 hibendum, Renesq; laxatos stringendum, valet.

## BALSAMUM VENEREUM.

*R. Rad. Pyrethri**Euphorbij*

ana Unc. j.

*Cantharid.*

Unc. s.

Coq. in vini Malvatici Lib. ij. ad consumptionem me-  
 dietatis & colaturæ adde:

*Ol. Olivæ*

Unc. iiij.

Denuò coq. donec absumatur humiditas; Postea huic  
 Oleo adde:

*Ol Nuc. Moschat. exp.*

Unc. j.

*Formicarum nost.*

Unc. s.

*De Nuc. Indicâ**Castorei*

ana Drach. jss.

*Moschatellini**Caryophyllorum**Materis**Spicæ*

ana Drach. j.

*Zibethæ non falsat.**Musc. hi opt.*

ana Scr. j.

Misc.

Misc. & cum cap. mort. ol. Nuc. Moschat exp. vel in  
hujus defectu cum Ceræ alb. f. q. fiat l. a. in justâ consisten-  
tiâ Balsamum.

### *Vires & Usus*

**S**i hoc Balsamo veretrum & partes circumstantes, videli-  
cet regio inter anum & testes, ubi penis corpora latent,  
nec non pollex dextri pedis ungantur, egregiè juvant ad  
coitum: Est enim insigne illeçtamentum Matricis, atq; Ve-  
nerem stimulando mirabilem erectionem facit & indefi-  
nenter ferè operatur, nec quiescet sæpè erectio; quando  
autem volueris, quod cesset, lavabis loca inuncta.

### BALSAMUM UTERINUM.

|            |                              |                       |
|------------|------------------------------|-----------------------|
| <i>Rx.</i> | <i>Butyri majal. insulsi</i> | <i>Unc. j.</i>        |
|            | <i>Ol. Jovis Anglici</i>     |                       |
|            | <i>Succini citrin.</i>       |                       |
|            | <i>Terebinthin.</i>          | <i>ana Drach. js.</i> |
|            | <i>Gum. Tacamahaca</i>       |                       |
|            | <i>Asa. fatida</i>           |                       |
|            | <i>Galbani</i>               |                       |
|            | <i>Sabina</i>                | <i>ana Drach. j.</i>  |
|            | <i>Castorei, veri</i>        | <i>Drach s.</i>       |
|            | <i>Sevi Hircini</i>          | <i>q s.</i>           |

Ut fiat s. a. justæ consistentiæ Balsamum.

### *Vires & Usus.*

**V**mbilico calidè inunctum, superponendo corticem jug-  
landis, ascensum seu recursum uteri ad superiora subi-  
tò in locum suum reducendo quasi præcipitat & dolores  
mitigat: sed abstineat ab odoriferis. Hysterica, interimq;  
aliquot guttulæ Ol. succini alb & Castorei narium extremi-  
tatibus & pectoris fossulis illinantur.

DE BALSAMIS ET ODORIFERIS.  
BALSAMUM PODAGRICUM.

484.

Rx. Suc Semper vivi domest.

Rorismarini

Cucurbitæ

Nicotiana.

Hyoscyami

Chamadryos

Verbena

ana Unc. vj.

Vitrioli ad flaved. calc.

Tartari albi

Salis marin. calc.

ana Unc. iij.

Ping. Cati sylvest.

Anseris

Vulpis

Medulla cervina

ana Unc. js.

Ol. Terebinthina

Laterini

Juniperi

Saponis

ana Unc. j.

Mandib. inf. equor.

Saturni

Spica

ana Drach. vj.

Gum. Ammoniaci

Opopanac.

Sagapeni

Masticis

Olibani

Mumie transmarin.

ana Unc. s.

Mixta coq. secundum artem ad consumptionem  
humiditatis, postea pinguedinem omnem ad Usus reser-  
va.

P p p

Vires

## Vires &amp; Usus.

**H**Oc Balsamo partes dolentes calidè oblinantur manè & vesperi linteis desuper impositis, mirum in modum ad Podagram & dolores alios quam plurimos sedandos valet: Citò enim alterando & penetrando tartareas & tophaceas concretiones resolvit, ac simul ferè omnes podagricos & spasmaticos cruciatus è frigidâ causâ ortos tollit.

## BALSAMUM SAPONIS.

*Saponis venet. in succo Limonum*

*dissolut.* Lib. j.

*Mellis virgin. alb.* Unc. iij.

*Cosmetici Mercurial.*

*Sacharicandi alb.*

*Rad. Ireos flor. ana* Unc. j.

*Sal. Tartari alb.*

*Spermat. Ceti albiß.*

*Aluminis sacharini*

*Borracis Venet. ana* Unc. s.

*Balsami Peruviani odorif.* Drach. ij.

*Gallia Moschat. vera* Drach. j.

*Ol. Lig. Rhodini, Cinamomi, Car-*

*jophyllor.*

*Lavendula ana* Scr. j.

Misc. & f. l. a. mixtura ad formam Balsami.

## Vires &amp; Usus.

**U**Tere in lavando fricandoq; manus; Quia nivis instar dealbat, cutimq; nitidam atq; mollem reddit.

SEC.

## SECTIO XXXV.

DE

VNGVENTIS.  
UNGUENTUM PARALTTICUM.

℞. Ol. Succini rectif.

Laterini ana Unc. js.

Juniperini

Templini

Terebinth.

ana Unc. j.

Laurini

Petra

Spica

ana Unc. s.

De Castoreo

De piperib.

ana Drach. ij.

Mixtis affunde sp. Paralytic. nost. Unc. iiij. &amp; coq.

ad sp. Consumptionem; postea adde:

Aluminis plumos. præp. Unc. j.

Ol. Stil. Rorismarini.

Nuc. Moschat.

Caryophyllor.

Origani Cret.

Absynthij

Lavendula

Angelica

Salvia

ana Drach. j.

Misc. &amp; cum f. q. Cerae citrin. f. l. a. Unguentum.

Vires &amp; Usus.

Ppp 2

Effic-

**E**fficacissimè membra paralytica recreat, materiam peccantem in hærentemq; nervis, musculis atq; tendinibus, digerendo absomit; Partes nervosas calefaciendo conforat, & pristinæ motioni restituit, frigidæq; Arthritidi confert. Insuper in Ischiaticâ affectione medicamentum est stupendum. Fit autem inunctio manè & vespèri in loco calido, Medicamentis tamen universalibus præmissis.

### UNGUENTUM OPHTHALMICUM.

*Rx. Butyri majal. non salit. & aq Euphras.*  
*abluti.* Unc. iij.

*Sang. Draconis veri & subtilissime*  
*pulverizat.* Unc. s.

*Sachari candi alb.*

*Tutia præp.*

*ana Drach. ij.*

*Margaritar. præp.*

*Sarcocolla*

*ana Drach. s.*

*Camphora*

*Scr. s.*

*Opii Spagyricè præp.*

*Gran. iij.*

Misc. & fiat Unguentum secundum artem.

### *Vires & Usus.*

**S**i hujus Unguenti tantillum, præmissis prius universalibus, ad angulos & palpebrarum oras adhbeat, omnes humorum fluxiones, calorem temperando, dolorem sedando, ruborem auferendo, acrimoniam mitigando, lachrymas sistendo & exsiccando, arcet oculosq; mirè roborat.

### UNGUENTUM PECTORALE.

*Rx. Ol. De Pistatijs exp.*

*De Pineis exp.*

*Amygd. dulc.*

*ana Unc. js.*

*Butyri*

*Butyri non salit. majal.*

*Axung. Caponis*

*Sevi Hircin.*

ana Unc. j.

Mixtis affunde Aq. Pectoral. nost. Unc. iij. & coq.  
ad consumptionem aquæ; postea adde:

*Ess. Croci orient.*

Drach. ij.

*Ol. stil. Chamomillæ Rom.*

*Faniculi*

*Maceris*

*Anethi*

*Anisi*

ana Drach. j.

Misc. & fiat l. a. cum cerâ alb. Unguentum.

*Vires & Usus.*

**V**aleat propriè ad dolorem pectoris; super illud enim inunctum, pituitam in eo resolvit, & sanat omnia loca, calefacit, humectat, mollificat, &c. Fiat autem inunctio manè & vesperi coram lento ignis aut fornacis calore.

## UNGUENTUM PLEURITICUM.

*Rx. Ping. Muris mont.*

Unc. iij.

*Butyri majal. sine sale*

Unc. ij.

*Ol. Nuc. Jugland.*

*Amygdal. dulc.*

*Papav. exp.*

*Laurini*

ana Unc. j.

*Suc. Flor. Pap. errat.*

Unc. vj.

Misc. & coq. ad succi consumptionem; deinde adde:

*Ol. stil. Chamomillæ*

*Anethi*

ana Drach. js.

*De Laterib.*

*Cymini*

*Cymini* ana Drach. j.

Denuò Misce & cum f. q. Ceræ alb. f. Unguentum.

*Vires & Usus.*

POST principium in sedatione doloris pleuritici & resolutione apostematis Unguentum est mirabilis effectus; Quod administretur loco dolenti, & non cessandum ab inunctione, donec dolores desistant: Et scias, quod hoc remedium valet in quolibet alio forti dolore, in toto corpore existente, & tibi honorem, ægroto autem utilitatem maximam conciliabit. Nota: Emplastra & Unguenta in morbis pectoralibus debent poni super pectus antè & retrò supra dorsum; in pleuritide verò magis super latera.

### UNGUENTUM ANODTNUM.

*R.* Ol. Anodynæ novæ. septem Florum Unc. vj.

*Amygdal. dulc.*

*Hyoscyami exp.*

*Papav. exp.*

*Lumbricor. ter.*

*Hyperici*

ana Unc. j.

*Ping. Cati Sylvest.*

*Anserina*

ana Drach. vj.

*Suc. depurat. Nicotiana*

*Chamadryos*

*Verbenæ*

ana Unc. iiij.

Misc. & coq. Ad succorum consumptionem, postea cum ceræ alb. f. q. fiat l. a. Unguentum,

*Vires & Usus.*

Dolores in quacunq; corporis parte mitigat, vnde nomen quoq; traxit: Sed in causâ nimis frigidâ ad Unguenti Unc. ij adde: Ol. Petræ, juniperi, de lateribus ana Scr. j. & misce pro Usu,

UNGU.

## UNGVENTUM SPLENETICUM.

℞. Ol. De Capparib. Unc. iij.

Sem. Eruca exp.

Nigella exp.

Canabis exp. ana Unc. j.

Amygdalar. dulc.

Juniperi ana Unc. s.

Mixtis affunde suc. Scolopend. exp. Unc. iiij. Et coq. ad succi consumptionem; postea adde:

Ol. Stil. Mastichis

Cymini

Myrrha ana Drach. j.

Lum. Ammoniāci

Chamomilla

Absynthi ana Drach. s.

Ext. Croci or.

Scr. ij.

Denuò misce &amp; cum ceræ alb. f. q. fiat Unguentum.

Vires &amp; Usus.

**L**eni ad ignem illitum, eum aperit, confortat & à scyrrho præcavet; prætereà dolores & inflationes sedat & discutit

## UNGVENTUM SPASMATICUM.

℞. Ol. Limacum per descens. destil.

Lumbricor. ter.

Sesamini

ana Unc. js.

Ping. Arietis castrat.

Erinacei

Vulpis

ana Unc. j.

Butyri majal. f. sale

Medull. Cervina

ana Unc. s.

Sp. Juniperi

Unc. iij.

Misc. &amp; coq. ad Sp. Consumptionem; postea adde:

Ol.

*Ol. Stil. succini alb.* Drach. iij.  
*Chamomilla*  
*Laurini* ana Drach. js.  
*Rorismarini*  
*Salvia* ana Drach. j.  
 Misc. & cum f. q Cerae alb. f. Unguentum.

*Vires & Usus.*

**I**N convulsione, post debitam evacuationem, est præcipuum: membris enim Spasmo correptis applicatum nervorumq; origini in unctum, mollificat, resolvit, nervosq; refocillat. Locus autem spasmaticus manè & vesperi calide inungatur & citò videbis allevationem.

UNGUENTUM RENALE.

*Rx. Ol. Anodyn. nost.* Unc. iiij.  
*Papav. alb. exp.* Unc. ij.  
*Ung. Rosati rec.*  
*Populeon.* ana Unc. j.  
*Ping. Gaponis*  
*Medul. Cervin.* ana Unc. s.  
*Santali rub.*  
*Nitri prap.* ana Drach. ij.  
*Suc. Flor. Malvæ arbor. rub.* Unc. vj.

Misc. & coq. ad succi consumptionem; Postea cum cera citrinâ f. Unguentum.

*Vires & Usus.*

**I**N refrigerando & humectando præcipuam habet dignitatem: Propterea ubicunq; refrigeratione & humectatione opus, ejus usus esse poterit. Imprimis autem dorso, lumbis

bis &c. illitum, Renum inflammationi, calori, & calculo medetur, nec non dolores in quacunq; corporis parte a causâ calidam proveniente mitigat atq; placat.

### UNGUENTUM NEPHRITICUM.

Rx. Ol. Scorpionum simpl. Unc. vi.

Fkr. Verbasci

Chamomill.

Populini

Anethini

ana Unc. i.

Nucl. Cerasor. exp.

Amygd. amar.

ana Unc. js.

Ping. Gallinarum

Anserina

Anatis

ana Drach. vi.

Butyri rub. è Cancris conf.

Ung. Bialibæ.

ana Unc. ij.

Bals. Terebinthina

Drach. iij.

Suc. Parietariæ exp.

Lib. j.

Misc. & coq. ad succi consumptionem; postea cum cera fiat l. a. Unguentum.

### Vires & Usus.

**R**enes, lumbi, deorsum usq; ad pubem hoc unguento quotidie aliquoties inungantur: Sic enim inunctum, mirabiliter vias dilatat, ut calculus & arena eò facilius, dolores nephriticos leniendo, ureteres laxando, lapidem & tartaream molem comminuendo, descendere possit.

### UNGUENTUM AD AMBUSTA.

Rx. Album. Ovorum

p. ij.

Ol. Olivarum

p. j.

Conquassando diligenter & exacte misceantur, ut fiat unguentum Album.

*Vires & Usus.*

**H**Oc præfens præsentissimum linimentum, nullius feri auctoritatis & pretij esse videtur; sed dico vobis, quod in tota R. e. pub. Medicâ secretis & præsentius experimentum ad omnia ambusta nondum inventum & excogitatum sit: Quia adeo perfecte, citò, & turò caloris vim extinguendo, dolorem leniendo, & sistendo, omnia adustionis ulcera, etiam à quavis materia facta, nullo cicatricis vestigio remanente, sanat, ut merito inter arcana domestica referatur ac posteritati communicetur. Talis autem utendi & applicandi modus requiritur: patiens multoties in die cum plumâ gallinæ nigræ (nullis tamen adhibitis linteolis seu ligaturis externis) locum affectum ad sanitatem perfectam, donec crustæ spontè decidunt, continuando inungat.

UNGUENTUM DE CALCE VIVA.

|                                   |             |
|-----------------------------------|-------------|
| <i>Calcis viva</i>                | Unc. iij.   |
| <i>Auripigmenti</i>               | Unc. js.    |
| <i>Rad. Ireos flor.</i>           | Unc. j.     |
| <i>Sulphuris citrin.</i>          |             |
| <i>Nitri</i>                      | ana Unc. s. |
| <i>Lixiv. stip. Fabarum fort.</i> | Lib. ij.    |

Misc. & coq. in ollâ novâ vitreatâ ad justam consistentiam, quod cognosces, si penna oblinita faciliè plumas dimittat: tunc adde: Ol. Spicæ Unc. s. vel alia odori fera & fiat Unguentum seu pulmentum.

*Vires & Usus.*

EX

EX hujus Unguenti illinitione crines seu pili in quacunq;  
etiam corporis sunt parte, miro modo & ex tempore  
decidunt: Locus autem depilatus Ungatur Ol. seu Ung.  
Rosato.

### UNGUENTUM DE RAPIS.

R. Axung. Porcina ʒij. Unc. ij.

Ol. Chamomilla ʒij.

Rosarum ʒij.

Violarum ʒij. ana Unc. j.

Tritici exp. ʒij.

Ullrina ʒij. ana Unc. s.

Æsopi humani ʒij.

Sevi cervini ʒij. ana Drach. iij.

Ciner. Cancror. Fluv. ʒij.

Olibani ʒij. ana Drach. ij.

Mucilag. Rad. Altheæ ʒij.

Sem. Lini ʒij.

Fanugrac. ʒij. ana Drach. vj.

Suc. Raporum exp. ʒij. Unc. viij.

Mixta bulliant ad succi consumptionem & cum Cerâ  
citrinâ fiat l. a. Unguentum. Cuj circa finem immisce vitell.  
ovorum Nro. iij.

### Vires & Usus.

SCissuras, ulcera, apostemata, quæ sunt aperta, manuum,  
pedum & aliorum membrorum à frigore corrosivo fac-  
ta, curat. Quotidiè autem bis vel ter locus affectus est in  
Ungendus.

### UNGUENTUM MEDICAMENTO-

SUM,

299 2

R. Ping.

*Rz. Ping. Lardi veteris* Lib. j.  
*Terebinthina alb.* Unc. vi.  
*Lap. Medicamentos.*  
*Ol. Tartari* ana Unc. js.  
*Sulphuris vivi & citrin.*  
*Cerussa lota*  
*Lithargyrj*  
*Minij* ana Unc. j.  
*Hellebori utriusq.*  
*Piperis longi*  
*Tutia præp.*  
*Nihili albi* ana Unc. s.

Mixtis affunde succor. depurat. Rad. Lapathi acut. &  
 scrophulariæ, Herb. Fumariæ, Scabiosæ, Cort. int. virid.  
 Sambuc. Limonum ana Unc. iiij. Coq. ad succorum con-  
 sumptionem; postea adde:

*Styrac. liquid.*  
*Cinnab. factit.* ana Unc. js.  
*Ol. Laurini*

*Juniperini*  
*Ovorum* ana Unc. j.  
*Mercurij sublimati* Drach. iij.

Misc. & f. Unguentum pro usu.

### *Vires & Usus.*

Scabiem manuum, & totius corporis sanat. Item Impe-  
 tiginem, Serpiginem, Tentiginem pravam, Pruritus,  
 Syrones, Elephantiasin, horribilem Ophiasin sive thiriam &  
 Alopeciam curat: Furfures Capitis & ptydracia tollit. In-  
 Ungantur autem partes extremæ omni mane vel de tertio  
 in tertium diem, præsertim in declinatione. Sed cave ne in  
 unctio

unctio ante corporis evacuationem fiat; Quoniam ab in-  
 unctione cutis porositates clauduntur, prohibet à viciò malo-  
 rum humorum expiratione magis intus putrescant; unde  
 febres ac apostemata sæpissime inducuntur.

## UNGUENTUM DE SEVO HIRCINO.

R<sup>x</sup>. *Sevi Hircini*

Unc. j.

*Ol. Vitell. Ovorum*

*Amygdal. dulc.*

*Hyoscyam. exp.*

*De papaver.*

ana Unc. s.

*Adip. Anseris*

*Gallinæ*

*Anatis*

ana Drach. iij.

*Lithargyr. arg. præp.*

*Ceruse lotæ*

*Tutie præp.*

*Minij*

ana Drach js.

*Nihili albi*

*Alumin. ust.*

*Sach. cand. alb.*

*Olibani*

ana Drach. j.

*Croci or.*

Scr. j.

*Camphoræ*

*Opij præp.*

ana Scr. s.

Misc. & cum Ceræ alb. f q. f. l. a. Unguentum.

### *Vires & Usus.*

**F**issuras, scissuras, rimas, Rhagades, in manibus, pedibus,  
 podice, papillis, pudendo mulieris, præputio in mascu-  
 lis, palpebris, naribus, auribus, alibi vè à frigore, calore, sic-  
 citate,

citare, humoribusq; biliosis, falsis atq; acris, sine molestia sanat, & omnes inde ortos dolores placat.

### UNGUENTUM NOBILE.

R. Gum. Galbani elect.

Opopanax.

Ammoniac.

ana Unc. j.

Solvantur in aceto vini, & soluta forti cum expressione colentur, expressum ab aceto separetur, & separato tandem adde:

Axung. Humana

Canis

Cervi

Ursi

ana Unc. s.

Mixta inde cucurbitæ super affundendo:

Oleor. Terebinthina

Bac. Lauri

ana Unc. s.

Corn. Cervi

Drach. ij.

Sulphuris mediante Ol. Juglandis prap.

Antimony dulcis ex Pulvere

Emetico per Retortam

distillat.

Vitrioli per laminas ferri edul-

corat.

Saturni

ana Drach. j.

**I**terum Misce; Postea ad Solem, vel alio loco calido digerantur per aliquot Dies, & quotidie cum spatulâ lignea agitentur, & sic Unguentum pretiosissimum tibi comparabis, quò Theophrastus Paracelsus, tam recentia vulnera, quam inveterata ulcera intra paucos Dies consolidavit.

## Vires &amp; Usus.

**C**Vrat omnia inveterata, putrida, & Cacœtica mala: Item Vulnere Venerea desperata, Lentigines, Lupum, Cancrum & Podagram. Omnibus amputatis, & conquisitis musculis & membris medetur. Leucophlegmatia Capitis laborantibus, abrasis prius capillis, & postmodum loco affecto impositum, bene facit. Herniosis item & plaga antiqua in inguinibus affectis præstat auxilium: & ut omnia paucis comprehendam, virtus hujus Unguenti, verbis satis exprimi non potest. Immittatur cum plumâ gallinæ nigræ, vel cum stuppis, super imposito Emplastro Stictico vel Diasulphuris.

# UNGUENTUM CARMINATI- VUM.

*R. Flor. Sambuci* Lib. ij.

*Batyri majalis non salis* Lib. j.

*Suc. Chamomill. cum vino express.*

Lib. s.

Ebulliant in B. ad consumptionem humiditatis, & colaturæ adde:

*Ol. Carui* Drach. vj.

*Cymini* Drach. ij.

*Faniculo* Drach. j.

Misc. & fiat Unguentum seu linimentum.

## Vires &amp; Usus.

**I**N Tympanite & inflatione Ventriculi, senectum est: totus autem venter inungatur bis in die, manè scilicet & vespere cundo cubitum.

UNGU-

# UNGUENTUM STIPTICUM.

℞. *Ol. Myrtillorum* Unc. viij.  
*Cydoneorum*  
*Neruphar.* ana Unc. iij.  
*Hyperici*  
*Rosarum* ana Unc. ij.  
*Suc. Herb. Plantaginis*  
*Bursa Pastoris*  
*Millesolij* ana Unc. vj.  
 Misc. & coq. ad succorum consumptionem;  
 pestea adde:  
*Sang. Draconis*  
*Croci Martis* ana Unc. j.  
*Boli rub. or. præp.*  
*Terra vitriol. dulc.*  
*Corallor. rub. præp.* ana Unc. s.  
*Rad. Tormetilla*  
*Bistorta* ana Drach. ij.  
*Anthera Rosar.*  
*Sem. plantag.*  
*Berber.* ana Drach. j.  
*Aceti parum.*  
 Misc. & cum Cerae s. q. fiat l. a. Unguentum.

## *Vires & Usus.*

**S**tipticum est; Ideò Renibus & Ventri, in fluxu uterino  
 inunctum, conducit in sistendis mensibus, & fluxionibus  
 immodicis.

# UNGUENTUM CONTRA VERMES.

℞. *Aloes Epatic.* Unc. iij.

Ext. *Gentiana.*

Unc. js.

Solvantur simul in f. q. sp. Vini &amp; solutis adde:

*Ol. Amygdal. amar.**Nucl. Persicor.**Abinthij cam.*

ana Unc. vj.

*Fellis Taurini*

Unc. iiij.

*Aceti vini*

Unc. js.

Misc. & coq. ad sp. V. aceti & fellis consumptionem,  
& circa finem adde:*Myrrha rub.*

Unc. j.

*Troch. Alhandel**Ol. Sabina*

ana Drach. iiij.

Et cum f. q. ceræ fiat l. a. Unguentum.

## UNGUENTUM HERNIOSUM.

Rx. *Vitell. Ovorum rec. ad duritiem**coctor.*

No. xxxv.

*Butyri majal. f. sale*

Lib. s.

Misc. & in igne carbonum lento semper agitando &  
despumando coquantur, & quando olei puri instar apparet,  
prælo fortiter exprimantur, & feces rejiciantur, postea in  
expresso oleo adhuc calido dissolvantur:*Ol. Balsamici nost.*

Unc. vj.

*Petra*

Unc. iiij.

*Empl. Oxyrocei*

Unc. v.

Misc. &amp; fiat l. a. Unguentum.

*Vires & Usus.***C**urat Herniam intestinalem: Patiens autem in lecto per  
Octo vel quatuordecim Dies supinus, sobrius, cavendo  
à cibis ventosis, jaceat, & quotidie bis manè & vesperi lo-  
cum

cum affectum inungat, simulq; debitæ ligaturæ fasciæq; convenientes applicentur, & per Dei misericordiam certissimè liberabitur. Interea autem manè & vesperi de decocto nostro contra Herniam bibat pro vice Cochl. 2. 3. vel. 4. Innumeros hoc remedio restitui.

## UNGUENTUM CONTRA PEDICU- LOS.

Rx. Ol. Laurini

Templini.

ana Unc. iiii.

Suc. Ruta exp.

Unc. vj.

Misc. & coq. ad succi consumptionem; postea adde:  
Argenti vivi (salivâ Fejuni extinct.

Unc. js.

Sem. Staphid. agr.

Nitri præp.

Aloes Epatic.

ana Unc. s.

Rad. Helleberi alb.

Lapath. acut.

Tabac. Indic.

ana Drach. ij.

Camphora

Ol. Spica

ana Drach. j.

Misc. & cum Ceræ s. q fiat l. a. Unguentum.

### Vires & Usus.

**H**Vjus Unguenti Celeberrimum usum ipsa experientia docebit; omne enim pediculorum genus interficit, & castris tam Martialibus quam venereis longè propellit.

## UNGUENTUM AD LIVOREM FA-

CIEL

Rx. Traga-

℞. *Tragacanth. alb.*

Unc. 3.

Dissolve aq. Rosarum in formam linimenti; postea adde:

*Rad. Sigilli Salom. Subtilissimè pul-*  
*verisat.*

Scr. iiij.

*Camphora*

Scr. ij.

Misc. &amp; fiat linimentum.

*Vires & Usus.*

CONtra livorem faciei experimentum est; cutim enim contusionibus, verberibus, alijsq; violentis jctibus liventem, pristino nativoq; colori restituit; si loco affecto illinitum permaneat, usq; dum per se arefiat.

## SECTIO XXXVI.

DE

## EMPLASTRIS.

## EMPLASTRUM EPILEPTICUM.

℞. *Ol. de Castoreo**Rutacei**Irini*

ana Unc. j.

*Rad. & sem. Pæonia**Pyrethri*

ana Drach. j.

*Visci quercini**Squilla præp.**Cornu Alcis*

*Cran. human. ana spagyricè cal-*  
*cinator.*

Scr. ij.

Rrr 2

*Thuris*

*Thuris elect.**Masticis**Ladani**Galbani**Opopanac.*

ana Drach. s.

*Flor. Lanendula**Stach. Arab.**Spica Indic.*

ana P. j.

*Ol. Stil. Rorismarini**Hyssopi**Nuc. Moschat exp.*

ana Scr. j.

*Resina & Cera*

ana q. f.

Ut fiat Emplastrum ut est attis.

*Vires & Usus.*

**I**N Epilepsiâ & alijs periculosis capitis affectibus, Saturâ coronali applicatum, præclarum præstat auxilium & specificâ vi contra illam virtuosissimè pugnat.

**EMPLASTRUM HYPNOTICUM.***Rx Ung. Populeon.**Cera citrin.*

ana Drach. iij.

*Opij spagyricè præp.**Ol. Nuc. Moschat. exp.*

ana Drach. j.

*Tacamahac.**Masticis**Sandaraca*

ana Drach. j.

*Styrac. calamit.**Olibani elect.**Resina.*

ana Drach. s.

*Gallia Moschat. vera*

Ext.

Ext. Crocior.

ana Scr. j.

Ol. Stil. Rosar. veri

Scr. s

Misce & f. Emplastrum, ut est artis, ad justam consistentiam.

### *Vires & Usus.*

**T**Emporibus, fronti & pulsibus impositum somnum jucundissimum producit, præsertim si vesperi ante ingressum lecti illud usurpetur. Insuper ad fluxiones capitis sistendas, omnesq; dolores sedandos, præstantissimum & accuratissimum est: Sed pro hystericis Gallia Moschata omitenda.

### EMPLASTRUM STOMACHICUM.

R<sup>x</sup>. Gum. Tacamahaca

Unc. iiij.

Ladani puri

Benzoin.

ana Unc. ij.

Colophonia

Cera citrin.

ana Unc. j.

Bals. Absinthiaci nostri

Peruviani odorif.

ana Unc. s.

Ol. Stil. Origani Cretici

Serpilli

Zedoaria

Rorismarin.

ana Scr. j.

Terebinth. alb. q. f.

Et fiat l. a. Emplastrum justæ consistentiæ.

### *Vires & Usus.*

**V**entriculum à nimia cruditate & flatibus liberat, ejusq; imbecillitati & distentioni opitulatur: Quia calefacit,

Rrr 3

&amp; con-

& concoctionem mirè juvat; nec non nauseam & Vomiturum reprimat; si stomacho impositum gestetur.

## EMPLASTRUM SPLENETICUM.

Rx Ol. Capparum

Chamamel.

ana Unc. iiij.

Succor. Scolopendria

Absynthij

Rorismarin.

Agrimonia

ana Unc. iij.

Coq in diplomate ad succorum consumptionem; postea adde:

Gum. Galbani in aceto diss.

Ammoniac.

Bdellij

ana Unc. j.

Empl. de Meliloto

Diachylon. simpl.

ana Drach. vj.

Ol. Stil. Juniperi.

Suc. in spiss. rad. Filicis utriusq.

ana Unc. s.

Sem. Agni casti

Rute hort.

Geniste

ana Drach. js.

Resina & Cera

ana q. f.

Misc & fiat s. artem justæ consistentiæ Emplastrum.

## Vires & Usus.

Hujus Emplastri portio extendatur super alutam rubeam, & obducatur syndone rub. s. a. cui inspergatur Ol Rorismarini q. f. & regioni splenis applicetur; Cujus duriciem & umorem emollit, resolvit, splenemq; aperit atq; confortat.

EMP.

## EMPLASTRUM MATRICALE.

*Gum. Galbani in aceto diss.**Tacamahac.* ana Unc. j.*Terebinthin. alb.**Cera citrin* ana Drach. vj.*Asa fatida**Myrrha rub.**Castorei veri* ana Drach. iiij.*Mag. Jovis Anglici**Ol. succini citrin.* ana Drach. js.

Misc. &amp; fiat Emplastrum, ut est artis.

*Vires & Usus.*

✓ *Aldè prodest in Matricis elevatione vel ascensu; Umbilico enim impositum uterum mirè reficit et quam ocyfme in propriam sedem reducit; Immò, in hoc atrocissimo affectu, suprà omnia alia Emplastra Uterina excellens, cèbre & Probatum est.*

## EMPLASTRUM CARMINATIVUM.

R. *Ol. Bac. Juniperi**Laurini* ana Unc. iiij.*Suc. inspis. sambuci**Ruta hort.**Ebuli* ana Unc. iiij.*Sterc. Columbar. & Caprar. in*  
*aceto maceratar.**Picis navalis* ana Unc. ij.*Flor. Chamamel.* Unc. sj.*Myrrha rub.**Sandaracæ**Massichæ*

*Mastichis**Olibani*

ana Unc. j.

*Rad. Angelica hort.**Enula camp.**Cesti dulc.**Cyperi rot.**Zedoaria*

ana Unc. s.

Terebinth. alb. quantum ad cogendum satis est;  
circa finem adde:

*Ol. Stil. Cymini**Carui*

ana Drach. vj.

Et fiat secundum artem Emplastrum.

### *Vires & Usus.*

**A**D Hydropem & inflationes discutiendas efficacissime adhibetur: præterea Ventriculi, intestinorum, Hepatis, Renum, Vesicæ, Uteri & partium aliarum à flatibus, aut intemperie frigidâ orrum dolorem placat. In Hydrope extendatur super petiam lineam crassam, & toto ventri calidum applicetur, vitatâ tamen regione Epatis.

### EMPLASTRUM STIPTICUM.

*Rx. Colophonia**Terebinth.**Cera citrin.*

ana Unc. vj.

*Cruſta panis toſt. & in aceto macerat.*

Unc. iiij.

*Ol. Nuc. Moſchat exp.*

Unc. iij.

*Mastichis**Sandarac.**Olibani*

ana Unc. ij.

*Terra*

*Terra Sigillata**Bol. Armen. rub.**Mentia crispa**Absynthij*

ana Unc. j.

*Calami aromat.**Caryophyllor.*

ana Unc. s.

*Balanstiar.**Rosar. rub.**Nuc. Cupress.**Cort. Granator.**Gallar. Turc.**Sang. Draconis*

ana Drach. ij.

Misc. & cum s. q. Ol. cydoneor. confice s. a. Emplast-  
rum.

*Vires & Usus.*

**I**N Dysenteriâ, Lienteria, Diarrhæâ, morbo Cholerâ, vomitu puerorum, & qui cibum retinere non possunt, experimentum est egregium: ponitur super ventrem inferiorem in fluxibus ejus; sed in Stomachi subversionibus, ipsi Ventriculo æqualiter super corium clypei instar deductum, & pannis lincis vel syndone rubrâ coopertum, decenter applicetur.

EMPLASTRUM STICTICUM SEU PUNCTURALE,

℞. *Terebinthina Cypria*

Unc. iiij.

*Gum. Elami*

Unc. ij.

*Cera citrina**Colophonia*

ana Unc. j.

*Minij tenuiss. triti*

S s s

*Sang.*

|                              |                |
|------------------------------|----------------|
| <i>Sang. Draconis</i>        | ana Drach. vi. |
| <i>Styrac. calamit.</i>      |                |
| <i>Magnetis</i>              | ana Unc. s.    |
| <i>Rad. Aristoloch. rot.</i> |                |
| <i>Mumia tranſmarin.</i>     | ana Drach. ij. |
| <i>Aloë Epatic.</i>          |                |
| <i>Aluminis uſt.</i>         | ana Drach. j.  |

Misc. & cum Bals. Vulnerario f. Emplaſtrum ut eſt artis.

### *Vires & Uſus.*

**V**Alde efficaciſſima eſt ad puncturas & Vulnereſ recentia, ubi-  
cunq; ſunt in Corpore humano, etiam in capite, quæ  
omnia ſiccant, mundificant, consolidant, ſanat, malæq; carnis  
corruptionem & excreſcentiam impedit. Insuper ferrum,  
plumbum, calamos, ſurculos & ſpicula corporis alto infixas  
nec non alia quæq; de vulneribus extrahit, dolores mitigat,  
& venenoſorum animalium morſus ictuſq; curat.

### EMPLASTRUM DIAPHORETICUM.

|                                      |                |
|--------------------------------------|----------------|
| <i>Rx. Cera flava</i>                | Unc. xj.       |
| <i>Colophonia</i>                    |                |
| <i>Bdellij</i>                       | ana Unc. iiij. |
| <i>Succini citrin.</i>               | Unc. iiij.     |
| <i>Gum. Ammoniac. in aceto diſſ.</i> |                |
| <i>Terebinth. alb.</i>               | ana Unc. ij.   |
| <i>Galbani in aceto diſſ.</i>        |                |
| <i>Sandaraca</i>                     | ana Unc. j.    |
| <i>Maſtichis</i>                     |                |
| <i>Tburis elect.</i>                 | ana Unc. s.    |

Misc. & fiat l. a. Emplaſtrum.

*Vires*

## Vires &amp; Usus.

**P**luitam ac serosam humiditatem absumit, discutit & extrahit, sicut post ejus usum sæpè guttulæ appareant aquæ in Emplastro & loco affecto: Hinc prodest specificè in ischiatico dolore, intumescentiâ pedum, parotidibus & tumoribus Gallicis pituitosis, ubi suppurationi incumbere nolumus In duricie crurum & nervorum scorbuticâ, ossium fracturis, juncturarum doloribus, luxatione, casu, & contusione, humiditates ad partem affectam tendentes consumit, doloremq; legitimè tollit. Alij ingeniosissimi & felicissimi practici sequente utuntur, magnarumq; est virium, & cujus idem est usus.

|     |                        |                |
|-----|------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Cera citrina</i>    | Unc. xvj.      |
|     | <i>Bdellij pulv.</i>   | Unc. v.        |
|     | <i>Colophonæ</i>       |                |
|     | <i>Picis naval.</i>    | ana Unc. iiij. |
|     | <i>Succini citrin.</i> | Unc. iij.      |
|     | <i>Gum. Ammoniaci</i>  | Unc. ji.       |

Misc. & f. Emplastrum, quod malaxetur Ol. ovorum.

**EMPLASTRUM DE PICE. EJUSDEM FERRE OPERATIONIS, PRO TENUIORIS**  
**fortunæ hominibus.**

|     |                         |                |
|-----|-------------------------|----------------|
| Rx. | <i>Picis navalis</i>    | Lib. j.        |
|     | <i>Cera citrin.</i>     | Unc. iiij.     |
|     | <i>Terebinth. alb.</i>  | Unc. ij.       |
|     | <i>Succini flavi</i>    | Unc. js.       |
|     | <i>Thuris elect.</i>    | Unc. j.        |
|     | <i>Mellis despumati</i> |                |
|     | <i>Vernicis liquid.</i> | ana Cochl. ij. |

Misc. & fiat Emplastrum.

## EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM.

℞. Gum. Galbani in aceto diss. Unc. vj.  
 Empl. de Meliloto  
 Diachyl. Simpl. ana Unc. iij.  
 Cera citrina Unc. ij.  
 Terebinth. alb. Unc. j.  
 Croci orient. Drach. vj.

Misc. & fiat l. a. justæ consistentiæ Emplastrum.

*Vires & Usus.*

**E**Xpertissimum usq; celeberrimum est, ad emolliendos & resolvendos tumores duros & scirrhosos; nec non ad sedandos & mitigandos Vehementes & lethales partium dolores, pectoris, Scapularum, Mammarum, Hypochondriorum; Laterum; Ventriculi, Hepatis, Lienis, Renum ac Uteri, &c. sive à crudis humoribus, vel à flatu crasso; aut aliâ intemperie membrorum frigidâ excitatos. Insuper omnes strumas tam recentes quam inveteratas emollit, lenit, concoquit, digerit, incidit atq; dissolvit. Præterea in convulsione & singultu felicissime utimur.

## EMPLASTRUM DE GALBANO.

℞. Galbani in aceto diss. Unc. j.  
 Picis navalis Unc. s.  
 Empl. Diachyl. simpl. Drach. iij.  
 Sal. Armoniac. Scr. j.

Misc. & f. Emplastrum.

*Vires & Usus.*

**C**um panno super verrucas & clavos in pedibus dolorem & impe-

& impedimentum in incessu adferentes (Germanicè *Plister* oder *Krejen Augen*) ponatur tertio aut quarto die semper mutato, & est expertum.

# EMPLASTRUM MITIGATIVUM, EMOLLIENTS, SEDANS.

℞. *Empl. Oxycroci* Unc. ij.

*Diachyl. Simpl.*

*Compos.*

*De Meliloto*

ana Unc. j.

Misc. & cum Ol. Chamomill. f. Emplastrum.

## *Vires & Usus.*

IN Hypochondrijs, pectore, Ventriculo, Jecinore, Liene, & alijs partibus, omnem duriciem, & scirrhosos tumores emollit, resolvit, discutit, extrahit, maturat, & dolores varios mitigat vehementesq; sedat.

# MINIUM COCTUM.

℞. Ol. Olivarum Unc. xj.

*Cerusa pulverisat.* Unc ij.

Coquantur ad mediocrem consistentiam Emplastri; postea adde:

*Minij tenuissime triti* Unc. iiij.

*Sevi Hircini* Unc. js.

*Santali rub.* Drach. vj.

*Cera citrina*

*Aluminis usli* ana Drach. iiij.

*Pulv. Rosar. rub.* Drach. j.

Misceantur & f. Emplastrum ut est artis.

## *Vires & Usus.*

Sss 3

Re-

**R**Rfrigerat & siccat; Ideoq; ignibus sacris magnâ fiduciâ & felicissimè adhibetur. Vulnere & Ulcera antiqua, maligna, & exedentia, quæ humorum acrimoniâ serpunt & sunt difficilis consolidationis, potenter curat, omnesq; cutis exulcerationes, calores, ustiones & excoriationes, ex quacunque causâ, sanat.

### GALBANUM COCTUM.

*R.* Gum. Galbani in aceto diss.  
Cera citrina ana Unc. vj.  
Terebinth. alb. Unc. iiij.

Misc. & fiat justæ consistentiæ Emplastrum

### Vires & Usus.

**M**agnarum in emolliendo & resolvendo est virium; Quia Articulorum & membrorum principalium topophos, nodos, scrofulas, ac tumores duros, digerit, emollit, resolvit, eorumq; dolores ex influxu frigido sedat. Verrucas etiam & clavos in pedibus pedetentim tollit. Hemicraniam, loco affecto applicatum, emendat. Nervos ac Uterum roborat. Moribus ac ictibus rabidorum animalculorum venenatis, Scorpionum nempe, cricetorum, mustelarum &c. impositum medetur.

### EMPLASTRUM SATURNI.

*R.* Saturniusti & loti Unc. ij.  
Sevi Hircini  
Cera alba. ana Unc. js.  
Terebinthina Drach. yj.  
Lap. Calaminaris præp.  
Cerussa lota ana Unc s.

Pom.

*Pompholygis.**Tutia prap.*

ana Drach. ij.

*Myrrha rub.**Mastichis**Olibani*

ana Drach. j.

*Aloesepat.**Camphora**Nitri prap.*

ana Drach. s.

Misce &amp; f. Emplastrum justæ consistentiæ.

*Vires & Usus.*

**N**obile hoc de Saturno Emplastrum, auxilium quasi divinum & nuper ita à me inventum, valet secundum meam experientiam contra omnis generis Ambusta, Inflammationes Tumores, Ignem peritum &c. ; Nec non ad vulnera & ulcera quævis maligna, fætida, in sanabilia ac corrodentia, nimirum: Fistulas, Lupum, Cancrum, Polypum, Nolime tangere &c. & similia Saturnina, etiam deploratissima, intra paucos dies carne implenda. Et hæc nostra est vera & sincera Emplastri Saturnini descriptio; ceteræ verò, quæ passim circum feruntur, omnes falsæ sunt.

## EMPLASTRUM ARTHRITICUM.

*Rx. Ol. Olivarum recent.*

Lib. j.

*Minij tenuiss. triti*

Unc. ij.

Coquantur mixta ad consistentiam mediocrem Emplastri; postea adde:

*Cera citrina.*

Lib. j.

*Sem. Hyoscyami Subtilissimè pulverisati**Colophonia**Tere-*

*Terebintb. alb* ana Unc. iij.  
 Misc. & fiat justæ consistentiæ Emplastrum.

*Vires & Usus.*

**A** Nodynum est; propterea, præmissis prius universalibus, Arthriticis, Podagricis; nec non alijs cruciatibus quovis tempore utilissimum: Quia omnes ferè dolorum injurias mirè sedat atq; placat.

**EMPLASTRUM NARCOTICUM.**

*Rx. Succor. Semper vivi domest. Unc. vj.*

*Hyscyami*

*Cicuta*

*Rorismarin.*

*Verbena*

*Solatri*

ana Unc. iij.

*Ol. Liliorum alb.*

*Camphora*

*Flor. Verbasc.*

*Chamamel.*

ana Unc. js.

*Medulla Cervina*

Unc. j.

Coquantur l. a. in diplomate ad succorum consumptionem; postea adde:

*Cera virgin.*

*Colophonia*

ana Unc. ij.

*Cerusa*

Unc. js.

*Opij Spagyricè extract.*

*Flor. papav. errat.*

ana Drach. iij.

*Ol. Saturnini*

*Mumia transmar.*

ana Drach. ij.

Misc. & f. Emplastrum ut est artis.

*Vires*

*Vires & Usus.*

**R**efrigerat, & mirabiliter dolores & cruciatus podagricos placet. Phlegmonas, Erysipelata, Herpetas sedat, ceterasq; intemperaturas omnes calidas, immò incandescentes inflammationum fervores potentissimè exstinguit. Insuper ad capitis dolorem expedit, nec non temporibus ac pulsibus applicatum somnum conciliat.

## EMPLASTRUM FÆTIDUM.

**R.** *Asa fetida* Unc. iij.  
*Gran. Antirrhini q. skeleton repræ-*  
*sentant.* Num vij.  
*Fol. Quercin.* Num iij.  
*Corallor. rub.*  
*Pulv. Magnetis* ana Drach. js.  
 Misc. & f. cum Ol. Hyperici Emplastrum.

*Vires & Usus.*

**A**d quævis maleficia experimentū est stupendum & quasi cælitus demissum: Super centrum enim ubi cruciatus, persequendo, positum, non duntaxat maleficiū ipsum; verum etiam omnia phantasmata & incantationes, sine superstitione, confestum fugat, propulsat atq; debellat, Patiens autem bibit interim de sequente decocto:

**R.** *Herb. Antirrhini cum semine*  
*Hyperici*  
*Pyrolæ* ana q. v.

Coquantur in Cerevisiâ vel vino ad tertias. Dosis manè & vesperi bonus haustus.

## EMPLASTRUM DE CARNE BUBULÆ.

111

**R.** *Carnis*

℞. *Carnis Bubula bene infumata & pulverisat.*

*Ol. Tartari*

*Cera flava*

ana Unc. ij.

*Terebinth. alb.*

*Lap. Calaminar.*

*Pumicis*

*Boli rub. & alb.*

*Lithargyri*

*Mastichis*

*Aluminis usti*

*Ol. Ovorum*

ana Unc. s.

*Myrrha rub.*

*Olibani*

*Camphora*

ana Drach. ij.

Misc. & cum Aceti vini acerrimi Unc ij fiat l. a. Emplastrum.

### *Vires & Usus.*

**V**ulnera & Ulcera antiqua, maligna, corrodentia, cancrofa, Saturnina, quæ omnia difficilis consolidationis sunt, explet, ficcet, & cicatrice claudit. Fistulas quæ nondum callum contraxerint, jungit. Confert quoq; ad omnes putredines, Hæmorrhoidas, Condylomata, Sedis vitia, rimas & ficus ani, aliaq; mammarum & pudendorum depascentia ulcera.

### EMPLASTRUM TALPINUM.

℞. *Butyri majal. s. sale*

Lib. s.

*Herb. Ruta virid.*

*Rad. Sigil. Salomon. rec* ana Unc. s.

Cog.

Coq. donec butyrum viride appareat; postea colentur, exprimantur, & expresso butyro addantur.

|                                                                                         |            |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|------------|
| <i>Cera citrina</i>                                                                     | Lib. s.    |
| <i>Picis Navalis</i>                                                                    | Unc. iiij. |
| <i>Ol. Saturnini</i>                                                                    | Unc. j.    |
| <i>Talpæ vivæ combust.</i>                                                              | Num j.     |
| <i>Mellis virginæ</i>                                                                   | Cochl. ij. |
| <i>Avenæ alb. &amp; Siliginis in sartagine ferre ad nigred. tost. &amp; pulverisat.</i> | ana m. j.  |

Misc. & f. Emplastrum justæ consistentiæ, ut est artis

### *Vires & Usus.*

**A**D vulnera & ulcera antiqua & fætentia, peculiariter congruit; quæ omnia desiccatur, sanat, optimâ carne replet, cicatrizat, & ab eis lordidos humores seu putredines intimè immersas liberaliter educit.

### EMPLASTRUM CONTRA HERNIAM.

|                                           |             |
|-------------------------------------------|-------------|
| <i>Rx. Resina</i>                         | Unc. vj.    |
| <i>Terebinth.</i>                         | Unc. iij.   |
| <i>Ol. Ovorum</i>                         |             |
| <i>Sang. Draconis</i>                     | ana Unc j.  |
| <i>Rad. consolid. major.</i>              |             |
| <i>Santali rub.</i>                       | ana Unc. s. |
| <i>Croci Martis per reverberat. fact.</i> |             |
|                                           | Drach ij.   |
| <i>Aluminis usti</i>                      | Drach j.    |

Resina & Terebinthina liquefiant & ab igne remotis pulveres inspergantur, & oleum addatur. beneq; misceantur, & fiat Emplastrum, quod beneficio aquæ ferventis extendatur.

*Vires & Usus.*

PRæsentissimum est remedium ad varias Herniæ species: Imprimis verò Herniam intestinale & Umbilicalem curat. Itaq; Emplastrum hoc parti affectæ, intestino vel omento, prius sensim in locum suum repositis, pube ac scroto abrasis, imponatur & ligamentis idoneis vel subligaculo, ne exire possit, retineatur. illudq; ad perfectam sanationem continuetur. Patiens interim in molli lecto jaceat & sit in quiete; Immò Diætæ rectam rationem observet, Aeris intemperiem frigidam, ventum, clamorem, vociferationem, cantum, risum, fletum, ponderum gravium elevationem, & omnem motum nimium vitet. A cibis quoq; flatulentis abstineat, & alimentis crassis, viscidis & constingentibus utatur. Quantitas autem parva esse debet, inedia enim maximè confert.

# EMPLASTRUM DIACHTLON ANODYNUM.

*℞ Ol. Anodini è septem florib. parat.*

Unc. xxiiij.

*Lithargyri optimè trit.*

Unc. xij.

*Mucilag. Sem. Hyoscyami, Psyllij,*

*Cydneor. Lini,*

*Mediani Cort. Tiliæ*

*Rad. Altheæ ana cum aq. Salani ext.*

Unc. iiij.

Lithargyrum subtilissimè pulverisat. & præparat. cum oleo anodyno subigatur; postea lento igne coquatur, semper agitando, usquedum probè mixta sint. Ab igne deposita paulatini frigescat, & tunc mucilagines affundantur, invicem bene misceantur & ad justam consistentiam redigantur.

*Vires*

*Vires & Usus.*

**E**Mollit. Dolores sistit. Abscessus dissolvit. Duras inflammationes & tumores calidos digerit atq; maturat: Immo omnia, quæ inflammantur, curat. In super podagricis auxiliatur; nec non ad intemperiem calidam mulcendam, præstantissimum est.

## EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.

|           |                                        |            |
|-----------|----------------------------------------|------------|
| <i>Rx</i> | <i>Cera alba</i>                       | Unc. iiii. |
|           | <i>Sper. Ceti</i>                      | Unc. ij.   |
|           | <i>Gum. Galbani in aceto dissolut.</i> | Unc. j.    |

Misc. & fiat. Emplastrum.

*Vires & Usus.*

**M**Amnis puerperarum, post partum non lactantium, impositum, & continuè per multos dies gestatum, omnibus ex lacte doloribus, & tumoribus etiam duris, Immo scrofulis, & strumis medetur: Lac enim coagulatum sive concretum solvit, ejusq; abundantiam absorbit.

## SECTIO XXXVII.

DE

CATAPLASMATIS.  
CATAPLASMA DE FERMENTO.

|            |                        |          |
|------------|------------------------|----------|
| <i>Rx.</i> | <i>Fermenti veter.</i> | Unc. js. |
|------------|------------------------|----------|

*Tit 3**Succi-*

|                        |               |
|------------------------|---------------|
| <i>Succini citrin.</i> | Drach. iij.   |
| <i>Nuc. Moschat.</i>   |               |
| <i>Cubebarum</i>       | ana Drach. s. |
| <i>Menta crisp.</i>    |               |
| <i>Caryophyllor.</i>   | ana Scr. j.   |
| <i>Castorei veri</i>   |               |
| <i>Lig. Aloes</i>      | ana Scr. s.   |

Misc. & cum paxillo sp. Vini simpl. & acet. Vini ana,  
redigantur in formam Cataplasmatidis.

### *Vires & Usus.*

**C**apitis summo vertici totum & tepide impositum aliquoties repetendo, & interdum recens substituendo, linguæ paralyticæ causam egregie discutit, & materiam à superioribus ita evacuat & consumit, ut semper non sine admiratione motus & sermo redeant: propterea ad loquelam recuperandum, & catarrhos exsiccandum, secretum est.

### CATAPLASMA FEBRILE.

|                                  |                |
|----------------------------------|----------------|
| R. <i>Pulv. Pyri pulverisat.</i> |                |
| <i>Sal. Commun. fusi</i>         | ana Unc. j.    |
| <i>Tela araneæ.</i>              |                |
| <i>Nuc. Moschat.</i>             |                |
| <i>Olibani elect.</i>            | ana Drach. ij. |
| <i>Herb. Absinthij</i>           |                |
| <i>Bursa Pastor.</i>             |                |
| <i>Urtica min.</i>               |                |
| <i>Ruta</i>                      | ana M. j.      |

Terebinth. alb. q. s. ut fiat cataplasma pro pulsibus.

### *Vires & Usus.*

**C**omprehensum hoc duobus linteolis & super pulsus utriusq;

utriusq; manus duabus horis aute paroxysmum positum,  
Febres puerorum quam plurimas, præsertim autem Tertia-  
nam notham seu spuriam curat, & mirabiliter sæpè paroxys-  
mum sedat.

## CATAPLASMA SCORBUTICUM CON- TRA TUMORES PEDUM.

|                                            |                 |
|--------------------------------------------|-----------------|
| ℞. <i>Furfur. Siliginis bene triturat.</i> | Lib. s.         |
| <i>Farin. Hordei</i>                       |                 |
| <i>Fabar.</i>                              | ana Unc. iij.   |
| <i>Lupinorum</i>                           |                 |
| <i>Lentium</i>                             | ana Unc. js.    |
| <i>Saponis Venet.</i>                      | Unc. ij.        |
| <i>Flor. Chamamel.</i>                     |                 |
| <i>Malva arbor</i>                         | ana Unc. j.     |
| <i>Lithargyr. Argent.</i>                  |                 |
| <i>Bol. Armen. rub.</i>                    | ana Unc. s.     |
| <i>Rad. China elect.</i>                   |                 |
| <i>Rhabarb.</i>                            | ana Drach. iij. |
| <i>Fung. Sambucina.</i>                    | Num. vij.       |

Coq. in suc. Ebuli express. ad spissitudinem ut f. Ca-  
taplasma.

### *Vires & Usus.*

**H**Oc Cataplasma in Scorbuto, vesperi calidum pedibus  
circumligetur, ut tumor totus eò tegatur; atq; ita per to-  
tam noctem retineatur, alterâ nocte innovetur, rursusq;  
imponatur, repetendo & continuando, usq; dum tumor sub-  
ideat; qui, ex hujus cataplasmatibus usu, & Dei auxilio, cessa-  
bit, & membra corroborabuntur.

## CATAPLASMA DE CINERIBUS.

*Ciner.*

Rx. *Ciner. Hermodactylorum*

*Rad. Asphodel.*

*Stip. Fabarum*

*Lig. Sambuc.*

*Ficuum*

*Sarmentor. vitis*

*Ebuli*

ana q. v.

Misc. & cum vino albo f. Lixivium.

Rx. *Hujus Lixivi*

Lib. iij.

*Panis cibarij nigri*

q. f.

Coq. ad spissitudinem; postea adde:

*Aceti vini acerrimi*

Lib. s.

*Lap. Medicamentos.*

Unc. iij.

*Pulv. Sem. Cymini*

*Bac. Lauri*

*Caryophyllor.*

ana Unc. j.

Et fiat, leniter coquendo, ut est artis, Cataplasma.

### *Vires & Usus*

IN tumoribus hydropicis, factâ evacuatione, extendatur super pannum lincum, super imponatur, relinquaturq; per aliquot horas, postquam deinflatur, ponatur versus genua, semper descendendo usq; ad pedes.

### CATAPLASMA DE NIDO HIRUNDINIS.

Rx. *Nidi Hirundinis*

Num. j.

*Albi grati*

Unc. js.

*Rad. Althea*

*Lilior. alb.*

ana Unc. j.

*Cari-*

*Caricar. ping.**Dactylor.*

ana Num. iij.

Coq. in aq. Com. ad remanentiam pultis; postrà adde:

*Ol. Violarum*

Unc. iij.

*Farim. Chamamel.**Fenugrac.**Sem. Lin.**Tritici*

ana Drach. vj.

*Cerebri Cati*

Unc. s.

*Pulr. Nectua comb.**Hirund. comb.*

ana Drach. ij.

*Vitell. Ovorum*

Num. j.

*Croci orient.*

Scr. j.

Misce &amp; f. l. a Cataplasma pro collo.

*Vires & Usus.*

**I**N Anginâ desperatâ collo tepidè sæpius applicetur: Quia secretum est. Stercus autem caninum colligatur à cane Sole existe in Leone, & canis recludatur & nutriatur ossibus vituli castrati & aliorum, deturq; aqua fontis non multa, & in primis tribus diebus stercus abijciatur & reliqua colligantur.

CATAPLASMA CONTRA SINGUL-  
TUM.*Termentl*

Unc. iij.

*Bac. Juniperi**Rosar. rub.**Menta crisp.*

ana Drach. j.

*Cargophyllorum*

Vvv

Nuc.

*Nuc. Moschat.**Macis*

ana Drach s.

*Aceti vini fortiss.*

q. f.

F. Cataplasma cui immisce Ol. Cymini & Carui  
ana Scr. s.

*Vires & Usus.*

**H**Oc Maxime in singultu calidè Stamacho duobus lin-  
teis comprehensum, & sæpius applicatum valet, & est  
singulare experimentum.

## PANNUS LINEUS CROCATUS.

**R**ecipe crudum ex canabæ lintheum, abluè quinq; vel  
sexies in Spermate Ranarum in Martio collecto & fil-  
trato, ut grana illa sive Oculi nigri inde separentur, idemq;  
toties in umbrâ per se, non in calore, sive luce solari are-  
cere sine. Postea recipe Aceti flor. Sambuci & Croci or. suf-  
ficientem q. & f. Tinctura, in quâ illud ex canabæ con-  
fectum lintheum coquatur, donec subtimem à croco imbi-  
bat colorem, tumq; unâ refrigerescere sine. Postea exime  
pannum illum crocatum, in umbrâ sicca, & ad usum refer-  
va.

*Vires & Usus.*

**I**N Podagrâ & Erysipelate ( præmissis tamen præmit-  
tendis ) Experimentum est: Loco enim affecto pannus  
ille impositus, prius tamen sapone veneto inunctus,  
sistit dolores, & in cruciatibus arthriticis reme-  
dium planè divinum est.



# INDEX PRIMUS SECTIO- NUM.

| SECT.  | Pag. |                                                               |                                    |
|--------|------|---------------------------------------------------------------|------------------------------------|
|        |      | De Medicamentis<br>chymicis selectis &<br>alijs pretiosis. 1. | XIX.                               |
| I.     |      | De Tincturis liqui-<br>dis. 42                                | XX.                                |
| II.    |      | De Extractis. 56                                              | XXI.                               |
| V.     |      | De Preparatis. 95                                             |                                    |
| V.     |      | De Speciebus &<br>Pulueribus. 99                              | XXII.                              |
| VI.    |      | De Catapotijs seu<br>pilulis. 137                             | XXIII.                             |
| VII.   |      | De Rotulis. 156                                               | XXIV.                              |
| VIII.  |      | Morsulis. 169                                                 |                                    |
| X.     |      | De Trochiscis. 177                                            | XXV.                               |
| X.     |      | De Suffimentis. 186                                           | XXVI.                              |
| XI.    |      | De Salibus compo-<br>sitis. 194                               | XXVII.                             |
| XII.   |      | De Marmeladis. 205                                            | XXVIII.                            |
| XIII.  |      | De Confectionibus<br>liquidis & Electuarijs 215               | XXIX.                              |
| XIV.   |      | De Confectionibus ca-<br>tharticis. 237                       | XXX.                               |
| XV.    |      | De Lohoch seu Ec-<br>clegmatis. 249                           | XXXI.                              |
| XVI.   |      | De Syrupis. 253                                               | XXXII.                             |
| XVII.  |      | De Elixiribus. 271                                            | XXXIII.                            |
| XVIII. |      | De Spiritibus vini                                            | XXXIV.                             |
|        |      | compositis. 273                                               | De Balzamis & odori-<br>feris. 469 |
|        |      | De Aquis destillatis<br>compositis. 286                       | XXXV.                              |
|        |      | De Liquoribus mix-<br>tis. 333                                | De Unguentis. 486                  |
|        |      | De Emulsionibus. 348                                          | XXXVI.                             |
|        |      | De Claretis seu Vi-<br>nis Medicatis. 351                     | De Emplastris. 502                 |
|        |      | De Acetis medicatis<br>compositis. 364                        | XXXVII.                            |
|        |      | De Epithematis. 372                                           | De Cataplasmatibus.                |
|        |      | De Decoctis. 379                                              |                                    |
|        |      | De Gargarismis. 403                                           |                                    |
|        |      | De Lixivijs. 416                                              |                                    |
|        |      | De Balneis. 414                                               |                                    |
|        |      | De Vescatorijs. 422                                           |                                    |
|        |      | De Pessis. 424                                                |                                    |
|        |      | De Suppositorijs. 427                                         |                                    |
|        |      | De Enematis. 429                                              |                                    |
|        |      | De Oleis compositis. 462                                      |                                    |

# INDEX SECUNDUS.

## Chymicarum Operationum, & medicamentorum præparationum.

| A.                                 | Pag. |                                       |     |
|------------------------------------|------|---------------------------------------|-----|
| <i>Arcanum Duplicatum.</i>         | 10   | <i>Contra Vermes.</i>                 | 328 |
| <i>Arcanum Vitrioli</i>            | 23   | <i>Cornu Cervini.</i>                 | 330 |
| <i>Aurea Hadrianea</i>             | 36   | <i>Cosmetica.</i>                     | 332 |
| <i>Ambra Moschata</i>              | 37   | <i>De Xyloáloe.</i>                   | 289 |
| <i>Aurum Potabile</i>              | 7    | <i>Dominarum.</i>                     | 323 |
| <i>Argentum Potabile</i>           | 8    | <i>Epileptica.</i>                    | 236 |
| <i>Alcis cornu præparatio</i>      | 95   | <i>Epatica frigida.</i>               | 312 |
| <i>Alumen Tinctum.</i>             | 29   | <i>Epatica calida.</i>                | 313 |
| <i>Aluminis præparatio</i>         | 98   | <i>Epileptico-Hysterica aliàs Aq.</i> |     |
| <i>Anima Vitrioli</i>              | 23   | <i>Lit. A. dicta.</i>                 | 322 |
| <i>Aq. Apoplectica.</i>            | 287  | <i>Febrifuga.</i>                     | 321 |
| <i>Antiphthisica.</i>              | 302  | <i>Hypnotica.</i>                     | 291 |
| <i>Acetosa Stomachal.</i>          | 310  | <i>Hysterica.</i>                     | 321 |
| <i>Antihydrica.</i>                | 315  | <i>Lithontriptica.</i>                | 326 |
| <i>Anticcorbutica.</i>             | 317  | <i>Mastichina.</i>                    | 290 |
| <i>Antisolica seu Carminativa.</i> |      | <i>Narcotica.</i>                     | 292 |
|                                    | 318  | <i>Ophthalmica aurea.</i>             | 293 |
| <i>Antinephritica.</i>             | 325  | <i>Ophthalmica subnigra.</i>          | 295 |
| <i>Aloëtica solutiva.</i>          | 331  | <i>Ophthalmica viridis.</i>           | 294 |
| <i>Benedicta Serpilli.</i>         | 319  | <i>Ophthalmica de Cancris.</i>        | 296 |
| <i>Caponis.</i>                    | 305  | <i>Ocularis interna.</i>              | 300 |
| <i>Cinamomi buglossata.</i>        | 306  | <i>Pectoralis.</i>                    | 301 |
| <i>Cordis Cervini.</i>             | 307  | <i>Pulmonis vituli.</i>               | 314 |
| <i>Cordialis frigida.</i>          | 307  | <i>Stomachica calida.</i>             | 310 |
*tari vitriolati linc. j. 341. l. 6. pro Catharticiſ l. Catharticis. pag.*  
*342. lin. 15. pro diuturnus l. diuturnis. 343. l. 5. pro liquorum*  
*l. liquorem. l. 7. dele: Exempto. 348. l. 5. dele: Sem. & lin.*  
*ſeq. præpone: Sem. 351. l. 12. pro fit l. fiat. 356. l. 12. pro effectus*  
*l. affectus. 365. l. 3. pro im prognatum l. impragnatum. 369. l.*

9. pro & l. ut. 379. l. 24. pro Consumptionam l. Consumptionem.  
 384. l. 29 pro Catharra l. Catharro. l. 31. dele: &. 385. l. 24.  
 pro talecos. l. taleolas 397. l. 18. pro. fori l. feri. 400. l.  
 12 leg. Iterum Cola & adde. 407. l. 2. pro Rad. Acatia l. Cort.  
 Rad. Acatia. l. 23. pro lshurá l. lshuriá. 414. l. 3. pro tain l. tam  
 l. 5 pro vesiculis l. vehiculis. 415. l. 18. pro in apad l. aq. ad.  
 416. l. 16. leg. Crassiuscule incisa. 418. l. 8. pro Absinnahyl. Ab-  
 sinthy. 420 l. 14. Dele: Lapid. pag. 425. lin. 23. pro anigna l.  
 angina. 425. l. 31. pro Cat. l. Cal. 427. l. 18. pro Suppositora l.  
 Suppositoria. 428. l. 18. pro papar. l. papav. 430. l. 17. pro practu-  
 sis l. praelusis. l. 19. leg. Calaminth. 453. l. 28. leg. Ols pro  
 Ols. 454. l. 5. pro inyciatuyl. inyciatur. 456. l. 21. pro Rē-  
 narol. Rēnali. 457. l. 22. pro butyris sale l. butyris. sale. 461.  
 l. 16. pro Cathartium l. Catharticum. 464. l. 20. pro Apost-  
 demata l. Apostemata. 466. l. pro sepera l. separa. 467. l. 22.  
 pro possit l. possit. 469. l. II. pro Expedit l. expellit. 471. l. 7.  
 pro conliat l. conciliat. 473. l. II. pro omnium l. somnium. l. 18.  
 pro thuril. thuris. 477. l. 9. pro Æbsinthy leg. Absinthy. 480. l.  
 26 l. vehiculis. 481. l. 12. pro Myrcha l. Myrrha. 491. l. 19. pro  
 Caponis l. Caponis. 492. l. 4. pro Calidam l. calida. l. 17. pro Bial-  
 thea l. Dialthea. pag. 493. lin. 5 pro feril. ferè. 498. l. 26.  
 pro senetum l. secretum. 505. l. 28. pro Umorem l. tumorem.  
 506. l. 28. pro sj. leg. js. 516. l. 4. pro placet l. placat. 518. l. 9.  
 pro ferre l. ferrea. l. 15. pro lrdidos l. sordidos l. 16. pro sibe-  
 raliter l. liberaliter. 519. l. 30. leg. Paulatim. 420. l. 16. leg.  
 Multos. 524. l. 4. leg. Postea. l. II. leg. Pulv. l. 25. leg. Fermenti.  
 lin. Ult. leg. Caryophyllorum. 525. l. 8 leg. Stomach pro Stama-  
 cho. l. 16. leg. Croci. or. l. 17. leg. Canabe. 18. leg. sublimem.

In Epilogo.

pag. 2. lin. 9. dele: ma. & seq. lin. pro manet. l. maneat. 3. l. 7.  
 pro principium l. principum l. 8. pro alrum l. aliorum l. 24.

pro

pro, à quo, l. qui. 4 l. 5. pro Calesſimus l. Caleſcimus. l. ii. pro  
 reſpectu l. reſpectu pag. 5. lin. 5. pro di l. vendi. l. 7. pro ven-  
 tam l. tam. 6 l. 22. pro in l. & 7. l. 18 pro ſecretionis l. ſecretio-  
 nis. 8 l. 23 pro principium l. principum. l. 26. pro Caninos l. ca-  
 ninas. 9. l. 18 pro proreuntes l. proruentes.


*In Teſtamento.*


pag. 3. l. 23. pro hac l. hac. 6. l. 21 pro Divi l. Diva. 7. l. 28.  
 pro Confirmant l. Confirmant. 9. l. ii p o Quod l. Quot. l. 14 pro  
 Numinis l. Nummis. 14. l. 6. pro fas l. fac. l. 15. pro Sic l. Sit. 15 l.  
 23. pro Olei l. Olei. 17. l. 10. pro Hac l. Hic. 18. l. 16. pro  
 Negra, l. Nigra.



Handwritten text, likely a list or inventory, written in a cursive script. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely a list or inventory, written in a cursive script. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.





## EPILOGUS.



T sic tandem etiam, Lector benevole, hanc compositionum mearum Medico-Chymicarum novam Editionem, multis auctam & locupletatam accessionibus, quas promiseram, multa etiam in recognoscendo, corrigendo, elimando, si quid mendosum, aut minus aptum usibus publicis irrepererat adhibitâ diligentîâ, per DE I gratiam nunc absolvi. Quæ sanè editio sic recognita, correctâ, & elimata etsi talis, ut non titulo-tenus, sed reipsâ Thesaurum se probet & Armamentarium Medico-Chymicum, quibusvis morbis & affectibus humani corporis propellendis efficacissimum; Non dubito tamen, quin adhuc meos inveniam Hadriano-Mastiges, modo hoc, modo illud canum instar, allatrantes & arroddentes in illo opere, imò non tam in opere per se, quam operis producti auctore. Opus enim ipsum quippe bonum per se, & à bonis reique Medicæ callentissimis jam pridem di laudatum, cum vituperiis convellere isti nequeant, Me subinde, Me, post DEUM, Operis Auctorem calumniis proscindere nituntur. Et hi sanè, quantum hætenus qui-

dem de latratibus istis & rossonibus compertum nobis, non unius sunt, sed diversorum generum. Quidam eorum, cum simile quid, nedum melius, hæcenus non præstiterint ( præstare autem vel planè noluerunt, invidiâ forsan prohibente, si non ignaviâ, vel, quod verisimilius, nequiverunt ) quod meum folius est, per Dei gratiam, aliorum etiam operis ascribunt mutuis, ne scilicet genuino Auctori sua manent integra existimatio, & illa ( quæ tamen nemini invidet ipse, qui meretur ) à bonis viris in templo famæ & bonæ mentis suspensa jam pridem monumenta. Quæ proinde ut suo deturbent isti loco, vel ad minimum maculis aspergant suspicionum, conquisitis hinc inde variis missilibus, vanis tamen illis & invalidis, aggredi nituntur & impetere. Præcipuum, & quod palmarium putant, hoc est: Artem longam esse, vitam hominis brevem; ergò ajunt quâ fieri potest, ut tot illa, per totam artem Medicam, longissimâ experienciâ nitentem, diffusa experimenta singularia unius sint hominis? Possem hîc, si vellem, prolixè commemorare, quid & quantum alii, ante me, cum in hâc, tum aliis facultatibus, suo quisque modo singulariter, magnâ cum laude & admiratione præstiterint, idq; annis suæ vitæ non usque adeò numerosis; sed missis jam illis, de meo tantum, quo

quo defunctus hîc sum, labore loquar, per Dei gratiam felicissimo. Difficilem hunc, fateor, maximèque operosum sum expertus; sed tandem tamen, Deo aspirante, ita superabilem, ut quæ per illum ex gratiæ & naturæ lumine, magnis sumptibus inventa, multis etiam & variis tam magnorum Principium, quam alorum curationibus, ab annis vitæ meæ plurimis feliciter adhibita sunt & approbata, boni publici promovendi amore, in publicam emittere lucem non sim veritus. Quæ quidem ita publicata si Mea solius esse negare adhuc pergant invidi, age, demonstrent tandem, à quibus & per quos illa alios adinventata, per quos & à quibus aliis mihi communicata. Sed hæc istorum demonstratio cum ex voto parùm successura videatur, defectis & succumbentibus iisdem alia cohors aliorum, prioribus etiam istis nequiorum succenturiari & opem ferre subsidiariam conatur, dum, quicquid præstitum in hoc nostro opusculo, per se quidem nec illis ipsis illaudato, suâ quippe semetipsum bonitate, vini instar vendibilis, commendante, spiritui ascribunt familiari. Rectè quidem illi, si per spiritum hunc primò & principaliter intelligerent eum, à quo omnia in omnibus operatur, à quo, & in quo, & per quem sunt omnia, in quo sumus, vivimus, & movemur, spiritum nempe divi-

num & omnipotentem, omnibus bonis familiarem,  
de quo etiam Poëta Ethnicus, dona illius agnoscens  
ait:

Est DEUS in nobis, agitante calessimus illo,  
Sedibus æthereis Spiritus ille venit.

Cui soli etiam, utpote datori & motori rerum omni-  
um, quicquid hic boni est, unicè acceptum refero,  
idemq; ut semper sit & maneat quam maximè fami-  
liaris, clemens & propitius, quotidianis eum preci-  
bus oro: Si deinde etiam, respectum nimirum secun-  
dario & subordinato, nomine spiritus illius familia-  
ris vel eum subnotarent, qui spiritûs illius omnipo-  
tentis munere mihi datus & connatus, adeoq; ad ca-  
pessendum hunc laborem & producendum effe-  
ctum, ceu causa ministra & instrumentalis, à prin-  
cipe motus & instructus, vis nimirum & genius men-  
tis, arte, usu, & experienciâ informatus, illustratus,  
confirmatus: quo sanè Spiritu nisi æquè familiari,  
à nullis unquam vitæ meæ actionibus, dictis & co-  
gitatis separabili, uterer quotidie, parùm utique di-  
scriminis inter me foret, & brutum animal, imò trun-  
cum & stipitem. Verumenimverò cum indiciis pa-  
teat non obscuris, quem & qualem isti spiritum, mi-  
hi familiarem & omnia suggerentem, hîc indigiteat,  
cum

eum videlicet , qui ministeriis hominum temerariorum, suggestiones ejus clancularias impiè desiderantium, quandoq; se mancipans, jam Crystallis, jam annulis, jam aliis carceribus includi se ad tempus, emi & di, mitti & remitti se patitur, summo possidentium ventam animæ, quam corporis sæpè periculo: meritò equidem , DEI ipsius cordium scrutatoris, & innocuæ culpationum istarum impiarum conscientiaæ meæ testimonio fretus , traductores hosce meos & calumniatores, dona DEI divino munere mihi concessa, nec aliter, quam in DEI gloriam & hominum salutem evidenter usurpata , Cacodæmoni tribuentes, non sine horrendo blasphemiae crimine, meritò, inquam hosce impios blasphemantes non alio dignor loco, quam quo suos ipse CHRISTUS noster Phariseos , progeniem illam viperarum, opera divina Beelzebub ascribentium, qui tamen , utpote malus ipse, & mali omnis author, non nisi mala operatur, & si quid apparenter sub specie boni operari videtur, non nisi in perniciem hominis dirigere meditatur. Cui proinde pessimo Dæmoni & Sathanae, qui dona illa, in hominum salutem divinitùs concessa, odio tribuunt Pharisæico, ut idem cum Authore illo suo nomen, eundem titulum merentur Sathanicum & Diabolicum, sic dignam etiam

iam isto tam nefando crimine pœnam, nisi respiciant seriò, suo tempore non effugient. Præter hos deniq; illorum etiam (Catonum, dicam, an Catapancritonum?) protervitatem & effrontem audaciam experior, qui pro more suo & caninâ impudentiâ, quâ nil non allatrant, impetunt, arrodunt, nisi nisi propria magnificiunt, cætera omnia, etiam artes & scientias liberaliores, quantumvis labello ipsis primo vix degustatas, cum suis & auctoris & cultoris alto supercilio aspernantur, nec risû tantum & fannis excipiunt, sed probris insuper scurrilibus, vanitates, nugamenta, stercore proclamando, prosequuntur. Eâdem dubio procul etiamnum temeritate, eodem ausû Memet & Mea sibi arripient perstringenda; immemores interim miselli illi socii, infulsi & semicocti Medicastrî, imò, si titulo eos convenientiore appellitem, Asini Cumanî, quàm sit ipsis tam rei Medicæ, quam aliarum artium & scientiarum curta supellex. Verùm, quod proverbio dicitur, quo quis indoctior, eò impudentior, idem nostris hisce Zoilis in Aristarchis, si DIS placet, acutissimis usuenit. Propriâ virtute & famâ cum nequeunt inclarescere, aliâ rem viâ aggredientes, virtuti & famæ aliorum calumniis detrahendo, se verò & sua magnificè jactitando, apud ignaros præsertim  
& sim.

& simpliciores, laudem sibi & gloriam aucupantur, proverbii memores, ῥαδιον μαμαῶδες ἢ μιμηῶδες. Sed ô miseram illam laudem, vanam & inanem glorio-  
 lam, quæ, si deveniendum ad rem, & in illâ, de  
 quâ tam profusè & plus quam Thraſonicè glori-  
 antur, saltandum Rhodo, planè evanescit, adco-  
 que fortunam Icari, cujus temeritatem arroganter  
 æmulata, pari cum dedecore subit & experitur,  
 ut locum inveniat illud Horatianum, Risum te-  
 neatis amici. Quo sanè ex casu ignominioso quem  
 sibi morbum attrahit (visa loquor & nota) affectata  
 illa gloria, nullis unquam seu decoctis seu recoctis  
 suis, nedum sigillis, amuletis, characteribus, supersti-  
 tionibus, incantationibus, ritibus ceremoniis, fi-  
 guris, fabulis caballisticis, curis magicis, aliisque  
 mille vanitatibus (quibus tamen ut aliàs mirè sibi  
 placet, sic aliis etiam sub nomine secretionis Me-  
 dicinæ non rarò imponit) curabilem deprehen-  
 dit. Sed de isthâ Censorum familiâ Thraſoni-  
 câ, se tantum & sua admirantium, alia verò alio-  
 rum opera, qualiacunq; sint etiam, pro suâ, quam  
 superciliosè sibi arrogant, autoritate & licentiâ,  
 nigro

nigro carbone notantium, quid ego multis? Sorices  
suo se produnt indicio: Sic nostri illi Censores te-  
merario & insipido iudicio: Quo & ipso nil aliud  
præmii loco merentur, quam quod Midas olim cum  
de Phœbo iudicasset, de quo vetus illud; Auriculas  
asini Mida rex habet: Quod uberius sic explicat  
Ovidius lib. II. Metam, fab. 4.


— — — Nec Delius aures  
Humanam pâtitur stolidas retinere figuram;  
Sed trahit in spacium, villisq; albentibus implet,  
Instabilesq; illas facit, & dat posse moveri.  
Cœtera sunt hominis, partem damnatur in unam,  
Induiturq; aures tardè gradientis aselli.

Et hoc sanè non invidendum ipsis præmium, no-  
stri sibi habeant Midæ, eodemq; præ aliis conspicui  
soli sibi placeant, suo voto vivant, suo sensu abun-  
dent, soli q; ea scire, nosse & posse, quæ homines de-  
mirentur, sibi persuadeant. Ego interim eo, quod  
concessum mihi talento, Reipublicæ inservire Me-  
dicæ tuisq;, Lector candide, commodis promoven-  
dis oleum & operam impendere non desistam. Quo  
nomine etiam amicorum meorum, imò Principium,  
& Magnatum hortatibus obsequi malui tam in hœc  
quàm priore opere publicando, quam censuras la-  
trantium Zoilorum caninos vereri. Ad praxin  
qui-

quidem meam tantum collegeram hæc primitiis, ut promptuarii instar quotidiani, ubicunq; agerem, tum domi tum peregrè, semper ad manus haberem, de publicatione eorundem nil tum sollicitus; sed instantium apud me & editionem suadentium Germaniæ ferè totius Medicorum primariorum auctoritas prævaluit tandem, ut mentem mutarem, & quæ privatis solùm usibus meis erant collecta, in publicum prodire paterer, memor hæc etiam in parte me non mihi solùm, sed aliis etiam, qui meâ indigent operâ, natum. His talibus igitur, non verò Aristarchis illis *μονοσόφοις* & *μωροσόφοις* nil nisi propria admirantibus (quorum ego judicia, cum ipsi vel fundamentorum Medicorum adhuc ignari, vel nativo quodam vitio præoccupati, vel etiam ex tonstrinâ nuper aut equili, illotis manibus pedibusque adhæc nostra proreutes, ea partim virulenta, partim imperfecta, inutilia & supervacanea esse, præcipitanter judicent, nec tamen his ingeniosiora præstantiora & tutiora in medium hæctenus afferant, nil utique memor) Mea hæc libens communicare, nihilque invidiosè occultare volui, eo fine, ut ad DEI gloriam, & proximi utilitatem ille, cui placent, utatur, utque huc tanquam ad asylum confugiat, si quis in periculo sanitatis & vitæ constitutus opem desideret, imò ut

ex hoc, tanquam instructissimo Armamentario, contra quosvis morbos & affectus arma salutaria, arma remedia depromat, quorum usum varium & multiplicem ut locupletissimè suppeditat, ita evidentiissimè utentibus approbat. Id quod Medici fundamentales & Dogmatici, omnesque saniores Practici, qui illorum non fastidiunt usum, pleno ore fatebuntur. Experimini, qui vultis, sat hinc pro encomiis ipse eventus. Quod si omnibus tamen placere & satisfacere hæc nequeant, sat reor esse, si bonis & peritis.

Et hæc, Lector sincere, de Thesauro & Armamentario nostro Medico-Chymico, non sine plurimo labore & sudore producto, Epilogi loco dicta sufficiant. Quo quidem, promissis illis in edito jam ante Thesauro accessionibus non paucis nunc locupletato, tantisper utare, fruares, donec, si per fata licuerit, alia etiam, fortassis longè secretiora, non minus proprii mei ingenii inventa, suo olim tempore in lucem, & ad totius Reipublicæ Medicæ facilem olumentum sempiternum subsequantur. Interim bene vale, pariterq; mihi cresce & fave.



THESAURI ET ARMAMENTARII  
MEDICO-CHYMICI APPENDIX  
Philosophico-poëtica videlicet;

# TESTAMENTUM HADRIANEUM.

*Quo suam,*

De AUREO philosophorum LAPIDE sen-  
tentiam, adeoque ultimæ voluntatis suæ dispo-  
sitionem, Sapientiæ & doctrinæ filiis  
revelat Author.



THESE VOLUMES BELONG TO THE  
LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF CHICAGO

# TESTAMENTUM HADRIANI

Dei Gratia

DE ALBERTO philosphorum LA FINE  
fuerunt, ad quod obitus et obitus  
fuerunt, ad quod obitus et obitus  
fuerunt, ad quod obitus et obitus



# MAGNI HERMETIS TRISMEGISTI

*Fideicommissariis & discipulis, gratæq; &  
memori Posteritati.*

**A** Lii de aliis, quibus discessuri, manentium  
augeant facultates, sæpè opiniones, sua elu-  
cubrent, legant annua, bima, trima, gravan-  
tes fideicommissis quartis & restitutionibus,  
quos jam beasse visi fuère. Quotusquisq; non et-  
iam ex prudentissimis in communi illâ halluci-  
nandi materiâ, vitium passus à semetipso; quo-  
rum opes & ideas postmodum aut orcina lis ever-  
tit, aut mora atterit atq; differt. Nos hic vobis non  
Cretense aliquid Dædali, Tantali fugacia poma,  
hortosvè pensiles adumbramus, & fingimus Se-  
miramidis; sed Colchidis ultimum deferimus  
honorem & saturnina monstramus regna, horas  
Dearum recensentes beatas ratasq;. Professi in-  
genuè in Sulphure, Sale, & sole naturæ esse omnia  
& quasi filo Ariadnes Theseum deducimus, mu-

liebre & abjectum solutionis & coagulationis officium; quomodo bis, ex uno fiant duo; hi rursus uniantur & in orbem redeant: Fermentum deniq; & Mulciberis in digestionem usum Mœchi-que audaciam canimus & recommendamus: Neque hic vobis Manticiæ opus conjecturis, F. Vassui, Success. progress. vel Pretani interpretat. ultim. volunt. Planius quàm Majestas rei patitur, Archæo recluso, immaterialem materiandam pandimus materiam, fractoq; cortice nucleum denudamus: Lulliani Testamenti non imitatores sed interpretes. Maestamini igitur animis, vosq; met ipsos dignos ostendite, qui tanti The-  
sauri non ignobiles hæredes efficiamini, quod dum fiet, quando amicam gratamq; naturæ & radicalem Aphrodisiæ Martisq; sociastis in Balneo suo sua viationem, quo & crescere & multiplicari poteritis. Valete posthumi & Hadriani fidei commissio fruamini.

AD

AD

ILLUSTREM ET GENEROSUM  
COMITEM AC DOMINUM

DN. GEORGIUM LUDOVICUM

Comitem à Schwarzbürg / Dynasten in  
Hohenlandesbürg / & Murauro &c.

S. Cæs. Maj. Consiliarium, Camerarium, &  
supremum Aula Marschallum, Dominum suum  
clementissimum.

**S**um memor illorum, quæ me, Generose Dynasta,  
Concessum illustres postquam, phœbo auspice,  
vultus

Nosse tuos, ubi magnanimus decumberet Heros  
Tillyus, ignivomo trajectus crura metallo;  
Immò tuas etiam peteret cum postea fibras  
Mors Sicelice minax, fatalibus obvia plagis  
Atq; Illi atq; Tibi; nostræ depulsa per Artis  
Vim tamen, à sacrâ benedictam Numinis aura:  
Quæ tum quæ benefacta, meas quæ Gratia Musas  
Concomitata! novumq; novi gratatus ut inde  
Noster Apollo sibi tanti Fautoris honorem!  
Hac memori ceum mente sedent, meritisq; subinde  
Fas ubi, grata mihi sermonibus ora resolvunt:  
Sic prodire datâ, quidni jam longiùs ansâ  
Ulla eadem patiar, doctumq; meare per orbem?

A 3

Magnum

Magnum illi decus, Excelsos habuisse suorum  
 Cultores studiõrum Animos. Quis clarior Heros  
 Doctrinâ, Hâc etiã, naturâ quæ abdita pandit  
 Quæ chymicas scrutatur opes, Lapidemq; Magistrû?  
 Hunc ego (Philosopho quid enim pretiosius?) almæ  
 Dum sophiæ proli Testamentalibus istis  
 Offero descriptum foliis, quo digniùs edam,  
 Hoc nisi præsidio, tua quod, Comes inclyte, virtus,  
 Phæbigenis bene nota viris, merito sibi jure  
 Vendicat, exempliq; tua illa scientia rari?  
 Ergò his quod titulis debetur, id accipe clemens,  
 Accipe, & illustris clypeo defende Favoris,  
 O Generose Comes, nostris memorande Camænis,  
 Dum mentem his, vocem dum plectra movebit  
 Apollo!

*Illust. Generos. T.*

*Addictissimus*

**HADRIANUS à MYNSICHT**

**Comes Palat. Med. U. Doct. P.**


**Laur. Cæs. &c.**

**AU-**

# AUREUM SECULUM

REDIVIVUM.

**Q**Uæsiui, inveni, purgavi sæpius, atq;  
 Conjunxi, maturavi, Tinctura secuta est  
 Aurea, quæ mundi centrum nunc dicitur; Inde  
 Tot sensus, tot scripta virûm, variæq; figuræ.  
 Omnibus ingenuè fateor, Medicina metallis  
 Infirmisq; simul. Punctum divinitus ortum.



TESTA-

# TESTAMENTUM

HADRIANEUM DE AUREO

Philosophorum lapide.



Hesaurum tibi, Lector, habes, quem numine dextro.

Curis inventum sumptuq; ingentibus usu,  
Si placet, effectuum, non invidus annuit ille,  
Ille Dei dono nobis largitor Apollo.

Ingenuis mea pando viris, quæ voce rogantum  
Communi producta bono; quid ganniat ore  
Zoilus, insano corrodens quælibet ausu,  
Haut ego sollicitus. Censori sufficit æquo,

Qui sapit, hunc nostrum non displicuisse laborem.  
Carpere quorumvis; laudata imitarier acta

Paucorum est, finxit quos de meliore metallo

Juppiter, & curvum jussit discernere recto.

His mea iudiciis subjecta hæc omnia, quæq; his

Alta magis Deus Auriflui mysteria Fontis

Nosse dedit, naturæ aditus referando latentes.

Quos penetrare cui licitum (Divi unius uni

Sed licitum Sophiæ soboli, licet Auspice certo,

Auspice supremi divino munere patris)

Hunc radiante beat felix sapientia vultu,

Huic assurgit honos, hunc divite copia cornu

Regificas superare facit quàm uberrima gazas!

Pro-

Prodidit ante annos hæc ficto nomine paucos  
 Ille mei interpres genii genuinus, in auras  
 AUREA producens REDIVIUI tempora SÆCLI  
 Ille, inquam, HENRICUS verso MADATHANUS amictu;  
 Quem se dum captans ventosæ encomia laudis  
 Nescio quis vanâ mentitur fronte Batillus,  
 Ecce rapi indignum justè indignatus honorem  
 Providus ipse suo, spem præter, Apollo clienti,  
 Detecto Authori sua nomine reddidit, istis  
 Ne deîn se jactet fallax cornicula plumis,  
 His adeò illa mei foliis contenta libelli  
 Clariùs ingrato mysteria pandere mundo  
 Propositi haut nostri fuit hæctenus; unio porcis  
 Nec debetur enim, canibus nec sacra prophanis;  
 Parti orbis tamen eximiæ, natisque sophorum  
 Ingenuis concessa mihi, invidisse talenta  
 Ne videar, soli tantùm, nec natus & illis:  
 En tibi, progenies cœli, quæ Nuncius olim  
 Rettulit ille meus, peregrinâ veste revinctus,  
 Ipse ego, detracta (superi quod velle videntur)  
 Schemate, cuncta lubens præsentì publico dextra,  
 Publico sed tabulis Testamentalibus, illâ,  
 Quâ par est, formâ solenni. Tu omnibus, Hæres,  
 Quæ lego monumenta mei tibi pectoris, almi  
 Numinis in laudem, ceu fas, mente utere grata.  
 Ergo sua ut constet perfectio Testamento,  
 Quæ testor, mecum confirmante ritè vocati

Septem, affigentes signacula Hermetica, Testes,  
 Saturnus senior, Phœbus, Cyllenius ales,  
 Juppiter ille bonus, Mavors, Dea Cypria, Luna.  
 Additus his cunctorum Hermes pater ille sophorum  
 Scriba requisitus, conceptis omnia verbis  
 Connotat, & fidâ custos asservat in arcâ.

His verò haut quaquam fas est absentibus ulli  
 Pro libitu fractis conclusa recludere signis,  
 Haut est; sed cunctis totum præsentibus illis  
 Ceu decet institui, sic fas absolvier actum.

Irrita sunt etenim, sunt cassa vigore, vel unus  
 Hoc Testamento si desit Testis aperto.

Quanta sed hîc lateat quàm fundo divite gaza,  
 Quæ legata tuis committitur usibus, Hæres,  
 Ipsa, resignatis, Testamentalibus hisce,  
 Solemni patefacta modo contenta docebunt.

Illius intereà, dum clausum Hermetica servant  
 Scrinia, secreto solis sed habenda sub usu

Vobis, ô Divæ Sophies veneranda propago,

Dii quibus illustres arcano lumine mentes

Largiti, arcanis veri penetralibus aptas.

Vestro hæc Nostra bono prostant; vulgaribus illis

Ignota ingeniis, nec prodita; quam libet ausu

Sæpè arrepta sibi temeraria lingua protervo

Delambens, tali censuram eructet ab ore,

Quali, Pana inter cum quondam & Apollina iudex,

Riden-

Ridendas asini meritis Mida regulus aures.  
Scilicet iste, suis nisi respondentia factis,  
Et cerebro cognata suo, nihil approbat unquam:  
Grex hominum arcanis indigni talibus, almi  
Numinis indultu, precibus quæ industria multis  
Obtinet, ingenti non delassata labore,  
Fracta nec invidiæ telis, nec morsibus hydræ.  
O mihi cum varia luctanti sæpè Chymera  
Dum me Diva suam deducit Pallas ad artem,  
Quod livor technas, quas dira calumnia fraudes  
Objicit! à cœptis retractet ut improba sacris.  
Vincit Amor veri tamen, alma Scientia vincit,  
O mihi præ innumeris electa Scientia numinis.  
Et cur non? cunctis cum sit præstantior, ullâ  
Quos unquam tenuit Rex vel ditissimus arcâ.  
Magnæ olim Salomonis opes, opulentia Cræsi  
Magna fuit, magnos auri possedit acervos  
Semivir Assyria Rex Sardanapalus in aula,  
Magnos magni alii Reges tenuère Ducesque  
Thesaurus; tantum sed præstat hic omnibus unus,  
Stagnanti quantum scaturigo viva paludi.  
Hæc ergò Auriflui quisquis tibi flumina Fontis  
Ebullire cupis, sacrosque haurire perennis  
Ambrosiæ latices, misso, cui stultus inhæret,  
Viscere naturæ vegetabilis, aut animalis,  
Missâ multiplici variarum indagine rerum;

Quæ dum naturis incumbit vana remotis,  
 Seque ipsamque artem nigris obnubilat umbris;  
 Nuda hæc nostra tene: minerales excute venas,  
 Erue, quæ gremio tibi fert natura propinquo.  
 Hic illam invenies, quæ nostri est unica tantum  
 Materies lapidis, tantorum prima bonorum  
 (Aspectu quamvis externo vilis) origo.  
 Hic fons ille sacer, Lympha hæc benedicta sopho-  
 Mercuriale decus, Flos auri fertilis, unus (rum.  
 Nobilium Thalamus sponforum & nobile semen.  
 Sic rerum una fuit, quas condidit alma Jehovahæ  
 Dextera, materies, unum chaos, omnibus unum  
 Principium, unde Dei virtute exire supremi  
 Jussæ res omnes, totus quas continet orbis.  
 Noster & à simili massâ lapis exiit unâ,  
 Massâ compactâ, confusâ, quatuor illa  
 Quâ contenta latent naturæ elementa creatæ  
 Semina, maternâ tandem quâ nascitur alvo  
 Nobilis ille almæ naturæ partus & artis.  
 Una eadem ut lapidis nostri, sic mater & ipsa  
 Prima metallorum, quæ-sciri-cunque necesse est,  
 Formarum ipsa capax, species quævis visitur omnis  
 Eductis quotquot gremio telluris ab imo  
 Ille Planetarum septenus præsidet ordo.  
 Ecce sed has omnes, his fortior omnibus unus,  
 Si qua metallorum formis solvenda per artem

Con-

Congenitis, primæq; suæ reddenda subinde  
Materiæ, virtute regit Lapis ille magister,  
Perfectam imperfecta iubens assumere formam.  
Unus id ille potest, non ulli imitabile rerum  
Quæ subjecta polis; uni ceu propria virtus  
Magneti ferrum trahere, aut se jungere ferro.  
Hinc medico perfectus honos, hoc pendet ab uno  
Clave magisterium, nostri diadema theatri,  
Claros Artifici pariens Ars celsa triumphos!  
Hos igitur quicumque cupis, contentus inhære  
Materiæ, quam dixi, uni, nil ista moratus,  
Quæ variis descripta libris tibi plurimus offert  
Philosophus, varias perquirens materiarum  
Cisternas steriles, veroque à Fonte remotas.  
Una est, una manet secreti janua nostri:  
Quære hanc, invenies quærendo ritè, quod optas.  
Qualis at hæc, inquis, quibus invenièda sub astris  
Materia, & quonam signanda est nomine tandem?  
Esse metallorum, jam dictum est antea, matrem,  
Cum mineris quæcunque suis terra exhibet usquam,  
Concipit hæc, nutrit, minerali enititur alvo.  
Denique maturum fecêre ubi tempora partum.  
Addo, quod ipsa hominû generet, generata subinde  
Nutriat & firmis sustentet corpora membris,  
Hermaphrodita potens, sub corpore scilicet uno  
Fœmina Masque ferens bissexas semine vires.

Astra huic effigiem, vires elementa ministrant,  
 Deque suo reliquam fingit vis terrea formam.  
 Non hæc Hispano sub cœlo, aut montibus Indis.  
 Non Italo quærenda solo, Lybiceisq; sub astris;  
 Nostrâ profertur, Nostrâ tellure videtur  
 Cottidiè, res communi communis in usu,  
 Sæpè & per vicos puerili exercita lusu,  
 Res parvi æstimii, vim quippe ignota latentem,  
 Noscere quam paucis concessum munere Divûm.  
 Et meritò. Manibus quod enim rhomphæa furentû,  
 Nobileque immani quod cornu Rhinoceroti:  
 Hoc ea præstet idem, quantum vis optima per se,  
 Væsani insanum si vulgi proftet ad usum:  
 Pejor tantò etiam turbis toto orbe ciendis,  
 Imaque supremis miscendo & sacra prophanis,  
 Quantò nobilior rebus res unica cunctis.  
 Sed quidnã hæc tandem? Dicam. Substantia falsa est.  
 Est aqua sicca, est spiritibus dilecta aqua cunctis,  
 Ignitum est oleum, vin non combustile sævâ  
 Vulcani, irato quem cum que ore evomat ignem,  
 Est reserans conclusa, sibi & conformia reddens  
 Omnia naturæ Clavis miranda latentis.  
 Crudâ hæc sese offert facie, membrisque videndam  
 Impuris, cum prima suo procedit ab ortu:  
 Vires ipsa tamen tali edit corpore tales;  
 Corruptum emendat ventrem, læsa ilia sanat,  
Puram.

Puram restituit, pulsa putredine, carnem,  
Omnem inimica fugat malè-gratam naribus auram:  
Communis Medicina omni, seu rebus abundet,  
Paupere sive in opem toleret sub culmine vitam.  
Hinc de se titulis auditur talibus ipsa:  
Sum Lapis, Imperii regum moderamen, egenæ  
Solamen vitæ, parili, quem dives egensq;  
Jure tenet, sum lusus, ego puerilis, opusq;  
Fœmineum, sæpè abjectâ contemptior algâ,  
Pes quam per luteos in volvit stercore vicos;  
Me Regem agnoscit tamen, & mea pronus adorat  
Sceptra metallorum Synodi septemplex ordo.

Hanc ergò Ignotam mundo, mersamq; tenebris  
Hactenus, incultam, sterilem, & sine honore jacen-  
Aspirante Deo, nostri illustrabit abundè (tem,  
Lux Testamenti, fructusque ostendet amœnos.  
Cujus ut indigitem proprium tibi deniq; nomen,  
Scito, quod antiqui facie sit filia vatis  
Calchantis, MILVI simul orta rapacis in ORTU,  
Ortu cujus ego, Chemicâ quoque natus in arte,  
Tempore quo mœchum cepit cum conjuge Martem  
Mulciber ignipotens, Diis exhibuitque videndos.  
Tu si hujus nostræ roscumque gravemque cruorem  
Virginis, humoremque potes si demere siccum  
Alitis & niveum, tibi regis parta corona est;  
Candida nam croceos circumfluit unda vitellos.

Sed

Sed quorsum ? Exposuisse sat hîc, quæ nostra sit illa  
 Materia, ingenuum quod nomen præferat, & quæis  
 Inquirenda locis. Tu vana sophismata deinceps  
 Linque per anfractus te seducencia curvos,  
 Herbarum omne genus fas missum, animalia linque  
 Corpora dum lapidem cura est tibi quærere nostrû.  
 Nil caro, nil sanguis, quæq; excernuntur ab illis  
 Menstrua, sperma, hominum genitalibus edita vasis,  
 Stercoraq; urinæq; dabunt; nil crinibus, ovis,  
 Nilq; secundinis, viridivè inveneris herbâ.  
 Sementi fructus respondet scilicet; atque hinc  
 Stercoreum inveniet, qui stercorea seminat, agrum.  
 Nec minus in cassum sudabit, quisquis in Auro  
 Quærit & Argento. Sic purior illa necesse est,  
 Sit digesta magis vulgari materia Auro  
 Argentovè, suâ quæ vi penetrare metalla  
 Possit, in Argentum mutans quæcunque vel Aurum.  
 Nil opus ingreditur nostrum vulgare; sophorum  
 Solo, ex Mercurio trahitur, quo tingimus, & quod  
 Perficit imperfecta. Hoc est punctum, hoc medium  
 Naturæ, impurû à puro quod segregat, hoc est, (illud  
 Cui, licet extracto nullis nullâ arte metallis,  
 Seu perfecta, vices admittere nescia, sive  
 Imperfecta sient (vitali quippe alimento  
 Quæ cassa omnino & genitali semine vitæ  
 Nullum ex se similem sibi possunt gignere foetum.

Quid?

Quid? quod & impuris sint plena illa omnia morbis  
Imperfecta, suæ mediorum hinc indiga curæ  
Ex alio, in propriis quæ virtus denegat absens)  
Vis uni tamen omnis inest, quamcunque metalla,  
Quam mineræ & natura tenet vegetabilis, immò &  
Quâ superi pollent septem virtute Dynastæ,  
Prævalet, humanos mirèque operatur in artus.

En tibi materiam, proles Phœbeja, nostram  
Ætherei Lapidis. Tudehinc, dum quæris eandem,  
Fac tibi sint viridis vestigia nota Leonis!  
Sed notâ oblatâque tuis Jova auspice, tandem  
Materiâ manibus, quid agendum, discè deinceps,  
Optatam ut liceat voti contingere metam.  
Cernere ab impuro purum sapientia prima est.  
Non nisi perpurgatâ probè crassisque soluta  
Materia à membris, ac sublimata decenter,  
Tingendi medium fiet, subtilia tantùm  
Visceribûs naturæ imis quæis spiritus exit,  
Exserere hæc valent penetrando corpora vires.  
Perfecto hóc, ex purgatâ post elice prudens  
Materiâ contenta duo, Sal, Mercuriali  
Nomine philosophis insigne, oleq; deinde  
Sub formâ Sulphur rubicundum & pondere plenû.  
In Sale cuncta latent arcana: hoc solvere quisquis  
Noverit, arcani penetrabit in intima Templi.  
Hæc aquila illa alba est Rubeo cognata Leoni:

Hic sponsus Niveo & Rubeo pulcherrimus ore,  
 Millenos inter multos lectissimus, auro  
 Cui caput è puro nobili, sup. (Alba

Scire sed ex usu hîc, non totum Aquila illius  
 Sumendum corpus; sed corporei intima succi,  
 Cryсталlos, inquam, niveo candore nitentes  
 Sic neque tota tibi Rubei capienda Leonis  
 Membra; sed interior rubicundi sanguinis humor,  
 Purgatum impuro nimirum Sulphur ab omni.  
 Præcipuus labor hic, præciue industria magni,  
 Qua nisi tutaris bene, & interiora recludas  
 Viscera, nil Sulphur nec Sal tibi proderit unquam.  
 Ex sale Mercurius (Lac virginis illud, & illa  
 Philosophæ Nix alba scholæ) procedat; hic unus  
 Janitor est sophiæ & totius clayiger artis!  
 De Rubeo atq; Albo hæc, quali elicienda labore,  
 Sufficiant, sequitur, qua sint ratione deinceps  
 Conjungenda, sacram quò perficiantur ad artē.

Auspiciis igitur divinis quisquis eò usque  
 Progressus, plenè ut purgatum cum sale sulphur  
 Obtineat, porrò conjungere pergat utrumque  
 Philosophum juxta pondus, natura quod ipsa,  
 Quantum opus est retinens; digito velut indice mon-  
 Hinc obsignatis signaclo Hermetico iisdem (strat.  
 Conveniente gradu moderatum adhibeto calorem,  
 Quali suppositis, pullorum avida, incubat ovis

Galli-

Gallina, aut foetus maternâ crescit in alvo.  
Vanus enim labor omnis erit, frustraneâ cura,  
Subjectum prudente manu nî rexeris ignem.  
Sic thalamo junctis clauso Niveâ Rubeoque  
Conjugibus, superûm prece adora supplice Numen,  
Permixtum hoc opere ut videas cum uxore maritû.  
Tempore & ecce brevi mistis, spectabis, in unum  
Binis, Æthiopem nigrum & corvi caput atri!  
Hæc studio in primis summo tibi scito cavendum,  
Janua ne vitrei referetur clausa cubicli,  
Perfectum induerint donec conclusa ruborem,  
Facta sui similem generare aptissima foetum.  
Hinc dormitantis ne interpelletur amica,  
Coepa quies, prius & tactum ne sentiat ipsi  
Quàm fuerit libitum, prohibet Rex ille sophorum.  
Illa inclusa suo, mox angustataque vase,  
Mittere sudorem incipiunt, subtilia in altum  
Surgere, quove magis rectore coquantur ab igne,  
Spirituum fit majus cò fit fortius agmen.  
Hortus es (illa eadem sapientia Regia cantat)  
Hortus conclusus, Fons, obsignatus, amoeni  
Flos horti, Fontis scaturigo viva fluentis  
De Libano : Surge ô Aquilo, tuq; insimul Auster,  
Surge, hortum perfla, rorent ut aromata, nostrum.  
Eccemei vox dulcis adest venientis amici,  
Montibus ecce salit, subsultat collibus ille,

Capreoli similis venientis ab ubere matris !  
 Mirus enim vitro junctorum motus, in altum  
 Jam surgunt, fundo jam merfa videntur in imo,  
 Sæpè resolvuntur, coeunt sæpè, ipsaque sese  
 Mortificant, vitam revocantque subinde fugatam,  
 Perfectum assumant donec putrefacta nigrorem.  
 Primum opus hoc nostri lapidis (corruptio quippe  
 Unius alterius generatio) nascitur unde  
 Corvinum caput, Æthyopum Rex caudaq; nigra,  
 Eclipsin Sole & Lunâ subeuntibus atram.  
 Nam simulac ingressa fuit satis aucta nigredo,  
 Illa picem exsuperans omnemq; nigredo nigrorem,  
 Materiæ facta est prægnatio vera, solutis  
 Corporibus, nigram generante putredine terram,  
 Principium (quod gaude!) operis. Negra scilicet illa  
 Hæc est, sed multùm formosa puella, sine alis  
 Est volitans Niger-ille-Albus (Nigredine namq; hæc  
 Occultata Albedo latet purissima) corvus  
 Vix aliud gravius; sed nec præstantius ullum est  
 Naturæ genetricis opus. Tibi sit modo curæ  
 Fœminæ flos ille comæ, pennæque medulla  
 Corvinæ, nimio ne comburantur ab igne.  
 Sic consummatâ Nigredine, fortior uno  
 Muleiber esto gradu, viridis successerit Atro  
 Dum color, & viridi pavonis cauda colori,  
 Illa omnes referens, sunt quotquot in orbe, colores.  
Albedo

Albedo hos sequitur, Vulcani tertio adaucti  
Viribus elicienda, gradusque subinde per omnes  
Igne regenda, suam dum sublimetur ad *ἀρχήν*.  
Non quævis etenim, sed perfectissima tingit  
Albedo, & radiis tinctum Lunaribus æquat,  
Perfectum naturæ Ovum parientis, ab igne  
Præstans illæsum constanti albore metallum.

Succedit tandem conclusa albore Rubedo,  
Cunctorum Lapidis nostri ultimus ille colorum.  
Suscepti colophon & meta optata laboris,  
Si justo directâ modo Vulcania flamma  
Divinum pertexat opus feliciter. Ergo  
Philosophum prudens perge hîc moderarier ignem,  
Perge augere gradu, subjectâ operosus arena,  
Perge, citum donec videas flavescere fructu.  
Tum porro prudente tibi ratione regendus  
Mulciber ille tuus: Rubeo pulcerrima vultu  
Dum se, labe carens omni, Regina videndam  
Offerat, auroræ similis, cœloque micanti  
Nec tamen hanc exire suo patiare cubili,  
Cujus per nitidas tibi conspicienda fenestras,  
Perfectum induerit nisi cum Rubicunda ruborem.  
Intercâ nimio ne vitrificatus ab igne  
Spem Lapis exusta fallat virtute, cavendum,  
Justis decoctum gradibus ceu promovet ignis;  
Sic opus immodico totum destruxerit æstu.

Hinc tandem, Ductore Deo, prodibit in aurâs

CONFECTUS LAPIS, omnigenæ Rex ille medelæ

Invictis Panacæa potens virtutibus, unâ

Quâ non est toto Medicina salubrior orbe,

Pneumaticâ partes penetrans vi corporis omnes,

Sumpta vel unius saltem sub pondere grani.

Hæc ceu fumus apes, pravos ita corpore pellit

Humores, morborum abigit genus omne, malique

Radice evulsâ penitus, meliora reponit :

Immò aquilæ in morem renovât servatq; virentem

Flore juventutem, casuque perire maligno

Non finit, ætatem nisi pleno clausurit ævo

Præfixâ illa homini supremo à Numine meta.

(Mors communis enim, nec declinabilis ulli

Denique, mortali quisquis de semine cretus)

Hoc primævus Adam, prisce hoc medicamine Patres

Longævam sani duxêre in sæcula vitam.

Hoc sapientum ætas priscorum floruit, ipso hoc

Æternum meruit penu cum divite nomen.

Nullum huic quantumvis morbi incurabile mon-

Dirus sive hydrops fuerit, scabiesvè leprosa, (strum,

Sive Podagra pedum, tortrix manuumvè chiragra,

Et quæ plura aliis sunt despèrata medelis.

Tormenta illa hominum, mors viva cadaveris illa

Vivi & spirantis; nullum insuperabile nostro

Stat Lapidis; invicto cuncta expugnantur ab uno.

*illa*

Illā aliorum etiā quos tempore pharmaca longo  
Vix curant, paucis Hic ægros roborat horis.  
O donum Medicina ingens, cui quicquid in orbe est,  
Nil usu tantum meret eccellente trophæum!

Sed sua ne impuris etiā incorrecta metallis  
Permaneāt scabies leprosa; exsuta sed omni  
Naturæ vitio, summo afficiantur honore:  
Pergendum ulterius, Lapidisquē operatio nostri  
Multiplicanda, novas acquirat ut enthea vires.  
Confectum ergo suæ Lapidem rursū inferc Matri,  
Quā natus, salibus duplicato nempe duobus  
Mercuriali utero, Fontinæ illi benedictæ,  
Iustoque insertum sub pondere philosophorum  
Concludat repetita novi crystallina cœli  
Janua, spagyrico scitè obsignanda sigillo.  
Sic Matri insertum, sic pellucētē receptum  
Conclavi calefacta novis nova balnea prunis  
Denuò ritè coquant, dum per genus omne colorum  
Ordine materies deducta (id mense vel uno  
Absolves, denis quod vix perfeceris antè)  
Ex binis unum progignat denuo corpus.  
Hujus cō fuerit virtus divinior omni  
Purgando impuro, tingendis atque metallis,  
Philosopho recoquatur idem quò sæpius ignis  
Quem si cui liceat toties iterare laborem,  
Suppeditante Deo longæva secula vitæ,

Impurum omne orbis vel granum tinxerit unum,  
 Purius ut puro splendet protinus auro.  
 Fermentum superest, Tincturam illa ultima nostram  
 Particula ingrediens, penetrandi impura metalli  
 Certa viam indigitans fixato Ariadna tenore,  
 Liber ut impuro labyrinthi carcere Theseus  
 Fulgentem regis mereatur ferre coronam.  
 Hæc ratione igitur fit Fermentatio tali:  
 Purgati sublimè auritenuissima fiat  
 Lamina, quam Lapidum thalamo Vulcanus in uno  
 Leniter associet, post aucto fortior igne  
 Tres coitum noctes totidemque liquentia cogat  
 Continuare dies: Sic spiritualibus Aurum  
 Dotibus ornatum subtili cuncta vigore,  
 Obvia quæ fuerint impura metalla, penetrat.  
 Nil operatur enim Lapis, & nil tinxerit unquam,  
 Conjuncto fuerit nisi fermentatus ab Auro.  
 Consimili gaudet sibi, quo benè consociato,  
 Ingreditur corpus Tinctura, suisque solutum  
 Sordibus impurum puro producit amiectum.  
 Sic fermentati Lapidis, sic ritè parati  
 Divinum hunc tandem tingendi inveneris usum;  
 Una in millenas sumatur portio partes;  
 Immò vel innumeras, prout multiplicata coquendo  
 Tinctura, ignitis fluxu miscenda metallis;  
 Partus & ecce novus pretioso nobilis Auro!

Affectu

Affectu unum aliud comprehendit quippe lubenti  
Corpus, dissimili natum quantumlibet ortu.  
Alterum in alterius transit, virtute coactum,  
Naturam: hinc simile à simili natum exit in orbem.  
Hoc Fermenti igitur bene qui medio utitur, omnis  
Huic detecta patet Fixatio, ea unica, quâ non  
Res omnes inter subtilior ulla creatas:  
Hoc GRANUM FUNDI est, quod CENTRUM NO-  
bile MUNDI.

Hujus qui factus compos, grato ore Jehovah  
Laudibus extollat, tanti qui muneris author,  
Paupertas quod dira fugit, quod morbus, & atra  
Tristitia; unde fluit largis sapientia rivis!  
Tantum nempe bonum est Tinctura hæc nostra,  
per omnem,  
Cui paribus nihil æquipares virtutibus, orbem!  
Aureus hic imber Jovis est! hic spiritus ille,  
Conservatricem mundi quo condidit arcam  
Noah vitifator! quo Templum & fulgida Templi  
Vasa dedit Salomon toto celeberrima mundo!  
Hic est, quo Templi protypon construxerat ante  
Moses, & multo radiantem erexerat auro!  
Hic est; collapsam patriæ quo restituit rem,  
Firmavitq; suis renovatam legibus Esdras!  
Hic est, spiritibus qui prævalet omnibus unus,  
Cunctarum quotquot gigniuntur viscere rerum!

Fortunæ dator ille bonæ, virtutis, honoris,  
 Pauperie penitus destructâ & mole malorum,  
 Omnia cum dulci largitur cetera pace!  
 Utq; ad vota bonis bona dat quæcunque, paratum  
 Et decus, & longæ felicia tempora vitæ;  
 Sic pravo à pravis si contemeretur abusu,  
 Æterno ingratos cruciandos devovet Orco.


His conclusa metris Lapidis mysteria sacri,  
 Candide lector, habe, TESTAMENTUMQUE HA-


DRIANUM:

Quod cujus cœptum conscribi nomine, sancto  
 Nomine nempe Dei, clausum hoc solenniter esto.  
 Huic, cœli superos qui Rex altissimus orbes,  
 Quicquid & his tectum, moderamine dirigit almo,  
 Huic Artis largitori tam nobilis, & quæ  
 Gens hominū bona-cunq; tenet Jovæ omnipotenti  
 Sit laus, sit cunctis sæclorum gloria sæclis!

F I N I S.

*Uni DEO & Trino gloria.*





1383-98.3

2/8

